SAN JERÓNIMO

Comentarios al libro de Job

Commentarii in Librum Job

SABBATISMUS

San Jerónimo (347–420)
Commentarii in Librum Job · Comentarios al libro de Job

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

Capítulo I. 5
CAPÍTULO II. 11
CAPÍTULO V. 23
CAPÍTULO VI. 29
CAPÍTULO VIII. 39
CAPÍTULO IX. 45
CAPÍTULO XII. 59
CAPÍTULO XIII. 67
CAPÍTULO XIV. 69
CAPÍTULO XV. 75
CAPÍTULO XVI. 89
CAPÍTULO XVII. 95
CAPÍTULO XVIII. 99
CAPÍTULO XIX. 105
CAPÍTULO XX. 111
CAPÍTULO XXI. 119
CAPÍTULO XXII. 127
CAPÍTULO XXIII. 135
CAPÍTULO XXIV. 137
CAPÍTULO XXVII. 165
CAPÍTULO XXVIII. 175
CAPÍTULO XXXI. 225
CAPÍTULO XXXII. 231
CAPÍTULO XXXIII. 237
CAPÍTULO XXXIV. 243
CAPÍTULO XXXV. 253
CAPÍTULO XXXVI. 259
CAPÍTULO XXXVII. 269
CAPÍTULO XXXVIII. 285
CAPÍTULO XXXIX. 333
CAPÍTULO XL. 363
CAPÍTULO XLI. 385
CAPÍTULO XLII. 399

Commentarios in Job, quos editor Veronensis commentariis in majores prophetas, tomi quinti ampliandi causa, subjunxerat, nos, ne tomus noster justam mensuram excederet, huc, ordinem Biblicum aliunde secuti, transtulimus.

Job, qui dolens, vel magnus interpretatur, figuram Christi portavit. Amici vero ejus figuram haereticorum tenent, qui, sub nomine Christi, Christum blasphemant et impugnant; Heliu vero, et Baalam [Al. Baldad], typum praeferunt philosophorum, quia foris, id est, extra fidem positi, insidiantur Ecclesiae Dei. Isti enim pretiosa nomina sibi imponunt, quasi ipsi sint aurum Dei, vel praecipui speculatores ejus. Eliphaz enim in Latino, Dei mei aurum sonat. Baldad, praecipuus, vetusta [Al vetustas] secreta. Sophar, speculator, vel buccina. Hi enim elati pro eo quod per naturae bonum, aliqua sapienter praedicabant, apud se jactitantes severitatem, cum assertores sint mendacii: quia de Christo, non ut divinitati ejus, sed ut ipsorum impietati competit, sic loquuntur.

Caput I.

Vir erat in terra Huz, nomine Job.

Et erat vir ille simplex et rectus ac timens Deum, et recedens a malo. Natique sunt ei septem filii, et tres filiae. Et fuit possessio ejus septem millia ovium, et tria millia camelorum: quingenta quoque juga boum, et quingentae asinae ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales. Et ibant filii ejus, et faciebant convivia per domos, unusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent et biberent cum eis. Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos: consurgensque diluculo, etc. Huz et Buz filii fuerunt Nachor fratris Abrahae, filii Melchae sororis Sarae, de cujus stirpe Job descendit. Non sicut quidam falso suspicantur, de genere eum fuisse Esau (Hier. Quest. in Gen.). Nam Eliphaz nascitur de Ada uxore Esau, et regnavit in Theman, unde etiam Themanites dictus est. Theman, Idumaea, Seir Daroma, Zebora, regio fuit Esau. Habitavit autem Job vir magnus in terra Huz, quae interpretatur consiliatrix. Sed et Elchana, qui interpretatur possessio Dei, pater sanctissimi Samuelis Prophetae, vir unus appellatur: non enim per diversa mobilis atque instabilis ferebatur, sed firmus atque inconcussus persistens, vir unus erat: et idcirco in monte Ephraim fructifero morabatur. In alta scilicet contemplatione virtutum, ut a nullis subjacentibus et circumlatrantibus vitiorum agitationibus, mentis ejus sublimitas dejiceretur, vel unitas scinderetur. Proinde hic vir magnus atque egregius Job, in terra Huz habitasse perhibetur, quae consiliatrix interpretatur.

Los comentarios sobre Job, que el editor veronés había añadido a los comentarios sobre los profetas mayores con el fin de ampliar el quinto tomo, los hemos trasladado aquí, para que nuestro tomo no excediera su justa medida, siguiendo por otra parte el orden bíblico.

Job, que se interpreta como 'doliente' o 'grande', llevó la figura de Cristo. Sus amigos, en cambio, representan la figura de los herejes, quienes, bajo el nombre de Cristo, blasfeman e impugnan a Cristo; en cambio, Eliú y Balaam [o, Baldad], presentan el tipo de los filósofos, porque, situados fuera, es decir, fuera de la fe, tienden insidias a la Iglesia de Dios. Pues estos se imponen a sí mismos nombres preciosos, como si ellos mismos fueran el oro de Dios, o sus principales vigilantes. Pues Elifaz en latín suena como 'el oro de mi Dios'. Bildad, 'principal', 'secretos antiguos [o de la antigüedad]'. Zofar, 'vigilante' o 'trompeta'. Pues estos, envanecidos porque por el bien de la naturaleza predicaban algunas cosas sabiamente, jactándose entre sí de severidad, son defensores de la mentira: porque hablan de Cristo no como conviene a su divinidad, sino como conviene a su propia impiedad.

Capítulo I.

Hubo un varón en la tierra de Huz, de nombre Job.

Y era aquel varón sencillo y recto, y temeroso de Dios, y apartado del mal. Y le nacieron siete hijos y tres hijas. Y su posesión era de siete mil ovejas, y tres mil camellos, y quinientas yuntas de bueyes, y quinientas asnas, y una familia muy numerosa. Y era aquel varón grande entre todos los orientales. Y sus hijos iban y celebraban banquetes por sus casas, cada uno en su día. Y enviando a llamar, convocaban a sus tres hermanas para que comieran y bebieran con ellos. Y cuando habían pasado en círculo los días del banquete, Job enviaba por ellos y los santificaba; y levantándose de madrugada, etc. Huz y Buz fueron hijos de Nacor, hermano de Abrahán, hijos de Melca, hermana de Sara, de cuya estirpe descendió Job. No como algunos sospechan falsamente, que fuera del linaje de Esaú (Jerónimo, Cuestiones sobre el Génesis). Pues Elifaz nace de Ada, mujer de Esaú, y reinó en Temán, de donde también fue llamado temanita. Temán, Idumea, Seir Daroma, Zebora, fue la región de Esaú. Habitó, pues, Job, varón grande, en la tierra de Huz, que se interpreta como *consejera*. Pero también Elcaná, que se interpreta como *posesión de Dios*, padre del santísimo profeta Samuel, es llamado un solo hombre: pues no era llevado de un lado a otro, móvil e inestable, por diversas cosas, sino que, permaneciendo firme e inconcuso, era un solo hombre; y por eso moraba en el monte Efraín, el *fructífero*. Es decir, en la alta contemplación de las virtudes, para que la sublimidad de su mente no fuera derribada, ni su unidad dividida, por ninguna agitación subyacente y circundante de los vicios. Por tanto, se dice que este gran y egregio varón Job habitó en la tierra de Huz, que se interpreta como *consejera*.

Non enim terra carnis ejus, animum ipsius superabat, sed imperantis animi consilio cuncta faciebat: unde et ipse ait: Pepigi foedus cum oculis meis, ut non cogitarem quidem de virgine. Hoc ergo consilium et pactum quondam sibi invicem inierunt, homo ejus interior et exterior: ut terra, id est, caro ejus, obediendo fieret consiliatrix spiritui, ne in ea dominaretur iniquitas. Et quia vir, juxta divinum testimonium, simplex erat, habitans in domo: quatuor his pollebat virtutibus, prudentia, justitia, fortitudine, temperantia.

Offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei, et maledixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus. Quadam autem die cum venissent filii Dei ut assisterent coram Domino: affuit inter eos etiam Satan. Cui dixit Dominus: Unde venis? Qui respondens, ait: Circumivi terram, et perambulavi eam. Dixitque Dominus ad eum: Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra: homo simplex, et rectus, ac timens Deum et recedens a malo? Cui respondens Satan, ait: Numquid frustra Job timet Deum? Nonne tu vallasti eum ac domum ejus universamque substantiam ejus per circumitum? Operibus manuum ejus benedixisti, et possessio ejus crevit in terra. Sed extende paululum manum tuam, et tange cuncta quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce universa quae habet, in manu tua sunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Satan a facie Domini. Cum autem quadam die filii et filiae ejus comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Job qui diceret: Boves arabant, et asinae pascebantur juxta eos, et irruerunt Sabaei tuleruntque omnia, et pueros percusserunt gladio: et evasi ego solus, ut nuntiarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, et dixit: Ignis Dei cecidit e coelo et tactas oves puerosque consumpsit: et effugi solus, ut nuntiarem tibi. Sed adhuc illo loquente, venit alius, et dixit: Chaldaei fecerunt tres turmas, et invaserunt camelos, et tulerunt eos; necnon pueros percusserunt gladio, et ego fugi solus ut nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur ille, et ecce alius intravit, et dixit: Filiis tuis et filiabus vescentibus, et bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit a regione deserti, et concussit quatuor angulos domus, quae corruens oppressit liberos tuos, et mortui sunt, et effugi ego solus, ut nuntiarem tibi. Pro filiis suis, quos ita regebat, ut non tam pro praesentibus criminibus, quam pro occultis in corde peccatis, quae hominum quoque fugere notitiam possunt, divinam clementiam assiduis sacrificiis exoraret. Privilegium vero offerendi primogenitis, vel maxime regibus debebatur: pro excellentia videlicet sapientiae, vel nobilitate generis. Et quia typum Christi Job ferre diximus, videamus nunc quid terra Huz in Christo significet.

Pues la tierra de su carne no vencía a su alma, sino que hacía todo por el consejo de su alma imperante; de donde él mismo dice: *Hice un pacto con mis ojos, para no pensar siquiera en una virgen*. Por consiguiente, su hombre interior y exterior hicieron entre sí este consejo y pacto: que la tierra, es decir, su carne, obedeciendo, se convirtiera en consejera del espíritu, para que la iniquidad no dominara en ella. Y porque el varón, según el testimonio divino, era sencillo, habitando en la casa: sobresalía en estas cuatro virtudes: prudencia, justicia, fortaleza, templanza.

Ofrecía holocaustos por cada uno. Pues decía: No sea que acaso hayan pecado mis hijos, y hayan maldecido a Dios en sus corazones. Así hacía Job todos los días. Pero cierto día, cuando vinieron los hijos de Dios para presentarse ante el Señor, también Satanás se presentó entre ellos. A quien dijo el Señor: ¿De dónde vienes? El cual, respondiendo, dijo: He rodeado la tierra y la he recorrido. Y le dijo el Señor: ¿Acaso has considerado a mi siervo Job, que no hay otro como él en la tierra, hombre sencillo y recto, temeroso de Dios y apartado del mal? A lo cual, respondiendo Satanás, dijo: ¿Acaso Job teme a Dios en vano? ¿No lo has protegido a él, a su casa y a toda su hacienda por todas partes? Has bendecido las obras de sus manos, y su posesión ha crecido en la tierra. Pero extiende un poco tu mano y toca todo lo que posee, y verás si no te bendice en tu cara. Dijo, pues, el Señor a Satanás: He aquí, todo lo que tiene está en tu mano; solamente no extiendas tu mano contra él. Y salió Satanás de la presencia del Señor. Y aconteció que un día, comiendo y bebiendo vino sus hijos y sus hijas en casa de su hermano primogénito, vino un mensajero a Job, que le dijo: Los bueyes estaban arando, y las asnas paciendo junto a ellos, y cayeron sobre ellos los sabeos y se lo llevaron todo, e hirieron a los siervos a filo de espada; y solamente escapé yo para darte la noticia. Aún estaba éste hablando, cuando vino otro y dijo: Fuego de Dios cayó del cielo, y consumió las ovejas y a los siervos; y escapé yo solo para darte la noticia. Todavía estaba éste hablando, cuando vino otro y dijo: Los caldeos hicieron tres escuadrones, e invadieron los camellos y se los llevaron; también hirieron a los siervos a filo de espada, y yo solo escapé para darte la noticia. Aún hablaba aquél, y he aquí que entró otro y dijo: Estando tus hijos y tus hijas comiendo y bebiendo vino en casa de su hermano primogénito, de repente un viento vehemente irrumpió desde la región del desierto y sacudió los cuatro ángulos de la casa, la cual, cayendo, aplastó a tus hijos, y murieron, y yo solo escapé para darte la noticia. Por sus hijos, a quienes gobernaba de tal modo que imploraba la clemencia divina con asiduos sacrificios, no tanto por los crímenes presentes como por los pecados ocultos en el corazón, que también pueden escapar al conocimiento de los hombres. En verdad, el privilegio de ofrecer sacrificios correspondía a los primogénitos, o especialmente a los reyes: a saber, por la excelencia de la sabiduría o la nobleza del linaje. Y puesto que hemos dicho que Job representa la figura de Cristo, veamos ahora qué significa la tierra de Huz en Cristo.

Terram hanc, assumptum verum hominem ex Maria intelligimus, quae ideo, filio Dei assumente eam, consiliatrix dicitur, quod per divinitatem assumentis habitant in ea thesauri divinae sapientiae et scientiae absconditi; quam sibi ita indissolubili connexione conjunxit, ut ipse in Trinitate unus sit filius Dei. Septem vero filii, septiformem Spiritus sancti gratiam; et tres filiae, legem et prophetiam, et Evangelium nobis videntur significare. Oves plebem Christi, propter innocentiam, quae in baptismo sordes peccatorum deposuerint, nominat. In camelis vero, gentium pravitatem, cum oneribus criminum et tortuosis sensibus ad Christum venientium ostendit. In bobus, qui munda animalia sunt, Judaeorum plebem. In asinis vero immundum pecus, gentium populum demonstravit. Unde Isaias ait: Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui: scilicet quod nativitatem Christi in carne et Judaei ex parte, et gentes agnoverint: et in praesepi altaris Domini, quasi munda animalia per Baptismum accesserint: forte ad hoc respicit illud Evangelii: Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. In jugo, Judaeos: in asino, ad quem onus magis pertinet, gentes, ut supra diximus significavit. Magnus dicitur Christus inter omnes Orientales, secundum illud: Unxit te Deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis. Numerus vero animalium in septem et tribus millibus, atque in quingentis sacratus est. Nam septem, juxta auctoritatem Scripturarum, plenitudinem quamdam sacri mysterii significant: ut ibi, septem spiritus, septem candelabra, septem Ecclesiae. In tribus vero millibus: anima et corpus et spiritus, vel triformis doctrinae scientia, in Scripturis sanctis, sive sacramentum beatae Trinitatis potest intelligi: pro eo quod omnis multitudo credentium, trium dierum viam ambulans, ad perfectionem aeternitatis desiderat pervenire. Quingenti vero qui de quinque consurgunt quinquiplicati quinquaginta quinque faciunt, peractis lubricae aetatis fragilitatibus, in virum perfectum hominem transisse significant; et per decies quinos quinquaginta perveniunt, ita per decies quinquagenos ad quingentos ascendunt. Similiter Ecclesiam totam, quae columnam et firmamentum veritatis Christi figurat: in qua sensus nostri, vel purificationem, vel remissionem peccatorum accipiunt: quia in isto numero non solum remissio peccatorum, sed etiam adventus sancti Spiritus declaratur. Filii vero Dei: vel angeli, vel sancti intelligendi sunt, qui dono gratiae Spiritus sancti Filii Dei vocantur. Inter hos ergo diabolus astare dicitur: quia ex permissione Dei plerumque sanctos audet tentare. Miranda filiorum Job tam fraterna concordia!

Por esta tierra, entendemos al verdadero hombre asumido de María, la cual es llamada *consejera* porque el Hijo de Dios la asumió, pues por la divinidad del que asume, habitan en ella los tesoros escondidos de la divina sabiduría y ciencia; la cual unió a sí mismo con una conexión tan indisoluble que él mismo es un solo Hijo de Dios en la Trinidad. En verdad, los siete hijos nos parecen significar la séptuple gracia del Espíritu Santo; y las tres hijas, la Ley y la Profecía, y el Evangelio. Nombra a las ovejas como el pueblo de Cristo, por su inocencia, que han depuesto la inmundicia de los pecados en el bautismo. En los camellos, en cambio, muestra la perversidad de los gentiles, que vienen a Cristo con las cargas de sus crímenes y sus tortuosos sentidos. En los bueyes, que son animales limpios, el pueblo judío. Pero en las asnas, un rebaño inmundo, demostró al pueblo gentil. De donde dice Isaías: *El buey conoce a su dueño, y el asno el pesebre de su señor*: es decir, porque tanto los judíos en parte como los gentiles reconocieron la natividad de Cristo en la carne; y se acercaron al pesebre del altar del Señor como animales limpios a través del Bautismo; quizás a esto se refiere aquel pasaje del Evangelio: *Porque mi yugo es suave, y mi carga es ligera*. En el yugo, significó a los judíos; en el asno, al que más pertenece la carga, a los gentiles, como dijimos antes. Cristo es llamado grande entre todos los orientales, según aquel pasaje: *Te ha ungido Dios, tu Dios, con óleo de alegría más que a tus compañeros*. En verdad, el número de los animales está consagrado en siete y tres mil, y en quinientos. Pues el siete, según la autoridad de las Escrituras, significa una cierta plenitud de misterio sagrado: como allí, siete espíritus, siete candelabros, siete Iglesias. En tres mil, sin embargo, puede entenderse: el alma y el cuerpo y el espíritu, o la ciencia de la triple doctrina en las sagradas Escrituras, o el sacramento de la bienaventurada Trinidad: por el hecho de que toda la multitud de los creyentes, caminando una jornada de tres días, desea llegar a la perfección de la eternidad. En verdad, quinientos, que surgen de cinco, multiplicados por cinco hacen cincuenta y cinco, significan que, cumplidas las fragilidades de la edad resbaladiza, se ha pasado a un hombre perfecto; y por diez veces cinco llegan a cincuenta, así por diez veces cincuenta ascienden a quinientos. Del mismo modo, toda la Iglesia, que figura la columna y el fundamento de la verdad de Cristo: en la cual nuestros sentidos reciben o la purificación o la remisión de los pecados: porque en este número no solo se declara la remisión de los pecados, sino también la venida del Espíritu Santo. En verdad, los hijos de Dios deben entenderse como ángeles o santos, que por el don de la gracia del Espíritu Santo son llamados Hijos de Dios. Entre éstos, por tanto, se dice que el diablo está presente: porque con el permiso de Dios, a menudo se atreve a tentar a los santos. ¡Qué admirable la concordia tan fraterna de los hijos de Job!

Sed quia Job typum Christum portare ostendimus: hos inferius per figuram septem gratias Ecclesiae esse dicimus, qui spirituali funguntur sacramentorum convivio, Legem, Prophetiam, et Evangelia: quasi tres sorores secum habentes, divinorum eloquiorum intelligentiae dapibus saturantur. In ruina vero domus, quae oppressit filios Job; antiquorum principum, regnorum persecutionem, vel saevitiam contra Ecclesiam ostendit. Qui vero solus permansit ut nuntiaret, raritatem ipsorum persecutorum indicat. Sabaei interpretantur captivi: et Chaldaei quasi daemonia: hi nempe captivi daemonum impugnant Ecclesiam: hi non solum ubi possunt, abigunt greges dominicos, verum etiam eos igne suo, quem coeli esse mentiuntur, haeresibus, vel superstitionis pravitate consumunt. Praesentiae etiam regum venti violentissimi similitudine violentae, quatuor Evangeliis velut angulis confirmatam, Christi domum concutiunt: ut praedicti septem filii, et tres filiae pariter, cum ipsa domo intereant.

Tunc surrexit Job, et scidit vestimenta sua, et tonso capite, corruens in terram, adoravit et dixit: Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Surrexit ad tolerantiam patientiae. Nam et Job, id est Christus, ad pacem dandam Ecclesiae surrexit, ut gestum significet vindictae. Vestimenta vero scidit: fideles ab infidelibus separavit. Procidit in terram, cum se de forma Dei usque ad formam servi exinanivit. Nudus egressus est de utero matris suae, nulla videlicet sorde peccati originalis aspersus. Ex persona hominis ait: Dominus dedit, et Dominus abstulit. Dedit Pater bonos in haereditatem, et malos a regno Filii sui seclusit.

In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est. Hoc ait: quia stulte loqui non potuit sapientia Patris: neque peccatum committere immaculatus Agnus.

CAPUT II.

Factum est autem cum quadam die venissent filii Dei, et starent coram Domino: venisset quoque Satan inter eos, et staret in conspectu ejus, ut diceret Dominus ad Satan: Unde venis? Qui respondens ait: Circumivi terram, et perambulavi eam. Et ait Dominus ad Satan: Numquid considerasti servum meum Job: quod non sit ei similis in terra: vir simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo, et adhuc retinens innocentiam? Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra.

Pero como hemos mostrado que Job representa la figura de Cristo, decimos más adelante que éstos, en sentido figurado, son las siete gracias de la Iglesia, que participan en el banquete espiritual de los sacramentos, teniendo la Ley, la Profecía y los Evangelios como tres hermanas consigo, se sacian con los manjares de la inteligencia de las divinas palabras. En la ruina de la casa, que aplastó a los hijos de Job, muestra la persecución o la crueldad de los antiguos príncipes de los reinos contra la Iglesia. Pero el que permaneció solo para anunciarlo indica la rareza de los propios perseguidores. Los sabeos se interpretan como *cautivos*, y los caldeos como *casi demonios*: pues estos cautivos de los demonios impugnan a la Iglesia; éstos no sólo ahuyentan los rebaños del Señor donde pueden, sino que también los consumen con su fuego, que mienten ser del cielo, mediante herejías o la perversidad de la superstición. También las presencias violentas de los reyes, a semejanza de un viento violentísimo, sacuden la casa de Cristo, confirmada por los cuatro Evangelios como por ángulos: para que los mencionados siete hijos y tres hijas perezcan juntamente con la casa misma.

Entonces se levantó Job, y rasgó sus vestiduras, y rapada su cabeza, postrándose en tierra, adoró y dijo: Desnudo salí del vientre de mi madre, y desnudo volveré allá. El Señor dio, y el Señor quitó: como agradó al Señor, así se ha hecho: sea el nombre del Señor bendito. Se levantó para la tolerancia de la paciencia. Pues también Job, es decir, Cristo, se levantó para dar paz a la Iglesia, para que el gesto significara venganza. Y rasgó sus vestiduras: separó a los fieles de los infieles. Se postró en tierra, cuando se despojó a sí mismo de la forma de Dios hasta la forma de siervo. Desnudo salió del vientre de su madre, es decir, no manchado con ninguna suciedad del pecado original. En la persona del hombre, dice: *El Señor dio, y el Señor quitó*. El Padre dio a los buenos en herencia, y excluyó a los malos del reino de su Hijo.

En todo esto no pecó Job con sus labios, ni dijo cosa alguna necia contra Dios. Esto dice: porque la Sabiduría del Padre no pudo hablar neciamente, ni el Cordero inmaculado pudo cometer pecado.

CAPÍTULO II.

Y aconteció que un día, cuando vinieron los hijos de Dios y se presentaron ante el Señor, vino también Satanás entre ellos y se presentó ante su vista, y el Señor dijo a Satanás: ¿De dónde vienes? El cual, respondiendo, dijo: He rodeado la tierra y la he recorrido. Y dijo el Señor a Satanás: ¿Acaso has considerado a mi siervo Job, que no hay otro como él en la tierra, varón sencillo y recto, temeroso de Dios y apartado del mal, y que aún retiene su inocencia? Tú, en cambio, me has incitado contra él, para afligirlo sin motivo.

Cui respondens Satan ait: Pellem pro pelle, et cuncta quae habet homo dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam, et tange os ejus et carnem, et tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serva. Egressus est igitur Satan a facie Domini; et percussit Job ulcere pessimo a planta pedis usque ad verticem ejus: qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi uxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo, et morere. Qui ait ad illam: Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccavit Job labiis suis. Igitur audientes tres amici Job omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, et Baldad Suites, et Sophar Naamathites. Condixerant enim ut pariter venientes visitarent eum, et consolarentur. Cumque elevassent procul oculos suos, non cognoverunt eum. Non quod Deus ignoret; sed ut nos doceat quid responderit Satan, qui interpretatur adversarius.

Et exclamantes ploraverunt: scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum in coelum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus, et septem noctibus, et nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem. Nam et omnes haeretici Christi amicos se esse dicunt; cujus se sanguine redemptos gloriantur. Et postmodum inimici efficiuntur ejus, impugnando Ecclesiam suam. Quod autem videntes plagam ejus, sciderunt vestimenta, et miserunt pulverem super caput suum: illos haereticos significat, qui Christum in gloria coelesti Deum credunt: incarnationem et passionem non credunt: sed opprobriis et humiliatione ejus offensi, in blasphemiam erumpentes, fidem scindunt, atque a corporis unitate discedunt. Et pulverem mittentes super capita sua, terreno et mortuo sensu, corda sua operiunt atque obruunt. Omni etiam tempore vitae suae, quae in septem diebus ac noctibus continetur; indignum os suum confessione divina, muta infidelitatis improbitate condemnant, et obstruetur os loquentium iniqua.

Post haec aperuit Job os suum, et maledixit diei suo, et locutus est: Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est: Conceptus est homo. Dies illa vertatur in tenebras.

Post haec, sicut ait scriptor hujus historiae, quem Moysem esse tradit opinio, aperuit Job os suum, et maledixit diei suo dicens: Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est: Conceptus est homo. Job qui typum habuit Salvatoris in se, humani generis mortalitatem deflevit: quae propter peccatum ex Dei justa sententia, homini inflicta est. Pereat dies in qua natus sum: redeat per Christum immortalitas, quam Adam reatu praevaricationis amisit, et abeat mors a me, quam alio delinquentem contraxi. Et Jeremias: Maledicta dies in qua natus sum.

A lo cual respondió Satanás y dijo: Piel por piel, y todo lo que el hombre tiene lo dará por su vida; de lo contrario, extiende tu mano y toca su hueso y su carne, y entonces verás que te bendecirá en tu cara. Dijo, pues, el Señor a Satanás: He aquí, está en tu mano; pero respeta su vida. Salió, pues, Satanás de la presencia del Señor, e hirió a Job con una úlcera malignísima desde la planta del pie hasta su coronilla; y él, con un trozo de teja, se rascaba la podre, sentado en un estercolero. Y le dijo su mujer: ¿Aún persistes en tu sencillez? Bendice a Dios, y muérete. Y él le dijo: Has hablado como una de las mujeres necias. Si hemos recibido los bienes de la mano del Señor, ¿por qué no hemos de soportar los males? En todo esto no pecó Job con sus labios. Así pues, al oír los tres amigos de Job todo el mal que le había sobrevenido, vinieron cada uno de su lugar: Elifaz de Temán, Bildad de Súaj y Zofar de Naamat. Pues se habían puesto de acuerdo para venir juntos a visitarlo y consolarlo. Y cuando alzaron sus ojos desde lejos, no lo reconocieron. No porque Dios lo ignore; sino para enseñarnos qué respondió Satanás, que se interpreta como adversario.

Y exclamando, lloraron; y, rasgadas sus vestiduras, esparcieron polvo sobre su cabeza hacia el cielo. Y se sentaron con él en tierra durante siete días y siete noches, y nadie le dirigía la palabra. Pues veían que su dolor era muy intenso. Pues también todos los herejes dicen ser amigos de Cristo, y se glorían de haber sido redimidos por su sangre. Y después se convierten en enemigos suyos, al atacar a su Iglesia. Pero el que, viendo su llaga, rasgaran sus vestiduras y echaran polvo sobre su cabeza, significa a aquellos herejes que creen que Cristo es Dios en la gloria celestial, pero no creen en la encarnación y la pasión; sino que, ofendidos por sus oprobios y su humillación, prorrumpiendo en blasfemias, rasgan la fe y se apartan de la unidad del cuerpo. Y echando polvo sobre sus cabezas, con un sentido terreno y muerto, cubren y abruman sus propios corazones. También, durante todo el tiempo de su vida, que se contiene en los siete días y noches, condenan su propia boca indigna de la confesión divina con la muda maldad de la infidelidad, y será cerrada la boca de los que hablan iniquidades.

Después de esto, abrió Job su boca y maldijo su día, y habló diciendo: Perezca el día en que nací, y la noche en que se dijo: Ha sido concebido un hombre. Que aquel día se convierta en tinieblas.

Después de esto, como dice el escritor de esta historia, a quien la tradición considera ser Moisés, abrió Job su boca y maldijo su día, diciendo: Perezca el día en que nací, y la noche en que se dijo: Ha sido concebido un hombre. Job, que llevaba en sí una prefiguración del Salvador, lamentó la mortalidad del género humano, la cual fue infligida al hombre por la justa sentencia de Dios a causa del pecado. Perezca el día en que nací: que por Cristo retorne la inmortalidad que Adán perdió por la culpa de la prevaricación, y que se aleje de mí la muerte, que contraje por la falta de otro. Y Jeremías: Maldito el día en que nací.

Unde nulli dubium est, quod hi omnes praevaricationem Adae detestentur. Spiritualiter ergo dies cum sua nocte, diabolus et mortalitas possunt intelligi: non quia dies sit, sed quia fuerit quando permanebat cum Deo, a quo recedens factus est nox, vel quia impiis ac peccatoribus, in hac prosperitate et felicitate gaudentibus, dies esse videatur. Unde dicitur:

Auferetur ab impiis lux sua. Non requirat eum Deus desuper. Hoc est, ne fiat ejus memoria ante Deum in bonum.

Et non illustretur lumine. Recognitionis Dei, vel poenitentiae.

Obscurent eum tenebrae et umbra mortis. Tenebrae, peccata sunt et invidia.

Occupet eum caligo, et involvatur amaritudine. Id est, caecitas cordis.

Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Quia ad amaritudinem provocat Deum, sicut et caeteri satellites ejus: furore irae Dei apprehensus, circumdetur omnibus malis, et involvatur. Noctem illam tenebrosus turbo possideat: id est, diabolus, qui diem felicitatis homini abstulit, et noctem inquietae vitae turbulentus invexit.

Non computetur in diebus anni. Annus Christus intelligitur, qui in se cuncta revolvit et continet. In hujus ergo diebus anni, non computetur diabolus: id est, sanctorum numero non conjungatur.

Nec numeretur in mensibus. Menses hoc loco sanctos apostolos recte intelligimus, qui, ut ligna paradisi, spirituales Ecclesiae afferunt fructus.

Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Apostolorum scilicet praedicatione, ubi dies salutis agnoscitur, quam Abraham vidit, et laetatus est.

Maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati sunt suscitare Leviathan. Sancti utique diei praevaricationis mortis suae cum detestatione maledicunt: qui non serviendo vitiis, suscitant contra se draconem, fortissimum scilicet hostem.

Obtenebrentur stellae caligine ejus. Peccatores scilicet, qui in nocte, saeculi divitiis et honore lucere se putant, caecitatis caligine tenebrentur, et merito suo, Evangelii lumen non videant.

Exspectet lucem, et non videat. Nec nox praevaricationis et mortis, in qua diabolus regnum tenet, potest lumen Redemptoris Christi cognoscere; neque illi qui in ea nascuntur, nisi eam per baptismum renati destruxerint.

Nec ortum surgentis aurorae. Resurrectionem Christi significavit: unde, in psalmo, vigilia matutina dicitur.

De donde a nadie le cabe duda de que todos ellos detestan la prevaricación de Adán. Espiritualmente, por tanto, el día con su noche pueden entenderse como el diablo y la mortalidad: no porque sea día, sino porque lo fue cuando permanecía con Dios, de quien, al apartarse, se hizo noche, o porque a los impíos y pecadores, que gozan en esta prosperidad y felicidad, les parezca ser día. De donde se dice:

A los impíos les será quitada su luz. No lo requiera Dios desde lo alto. Esto es, que no se haga memoria de él ante Dios para bien.

Y no sea iluminado con la luz. De la cognición de Dios, o de la penitencia.

Oscurézcanlo las tinieblas y la sombra de la muerte. Las tinieblas son los pecados y la envidia.

Ocúpelo la niebla, y sea envuelto en amargura. Esto es, la ceguera del corazón.

Aquella noche la posea un tenebroso torbellino. Porque provoca a Dios a la amargura, así como sus otros satélites: apresado por el furor de la ira de Dios, sea rodeado y envuelto por todos los males. Aquella noche la posea un tenebroso torbellino: esto es, el diablo, que quitó al hombre el día de la felicidad y, turbulento, introdujo la noche de una vida inquieta.

No sea contado en los días del año. Por año se entiende a Cristo, que todo lo revuelve y contiene en sí. Por tanto, en los días de este año, no sea contado el diablo: esto es, no sea unido al número de los santos.

Ni sea numerado en los meses. En este lugar, entendemos rectamente por meses a los santos apóstoles, quienes, como árboles del paraíso, producen los frutos espirituales de la Iglesia.

Sea aquella noche solitaria, y no digna de alabanza. A saber, por la predicación de los apóstoles, donde se reconoce el día de la salvación, que Abraham vio y se alegró.

Maldíganla los que maldicen el día: los que están preparados para suscitar al Leviatán. Ciertamente, los santos maldicen con detestación el día de la prevaricación de su muerte: quienes, al no servir a los vicios, suscitan contra sí al dragón, a saber, al enemigo fortísimo.

Oscurézcanse las estrellas con su niebla. A saber, que los pecadores, que en la noche creen brillar con las riquezas y el honor del siglo, sean retenidos en la niebla de la ceguera y, por su merecido, no vean la luz del Evangelio.

Espere la luz, y no la vea. Ni la noche de la prevaricación y de la muerte, en la que el diablo tiene su reino, puede conocer la luz de Cristo Redentor; ni aquellos que en ella nacen, a no ser que, renacidos por el bautismo, la hayan destruido.

Ni el nacimiento de la aurora naciente. Significó la resurrección de Cristo: de donde, en el salmo, se llama la vigilia matutina.

Quia non conclusit ostia ventris qui portavit me: nec abstulit mala ab oculis ejus. Quare non in vulva mortuus sum? Quare egressus ex utero non statim perii: Cur exceptus genibus? Cur lactatus uberibus? Sub persona sua, humani generis plangit miserias: quare iterum moriturus, mala istius vitae patiatur: quare mortalem ipsa mors non exstinxerit in utero?

Nunc enim dormiens silerem, et somno meo requiescerem cum regibus et consulibus terrae, qui aedificant sibi solitudines: aut cum principibus qui possident aurum, et replent domos suas argento. Principes, et reges, et consules, et si in inferno squalores tartareos patiuntur: nunc tamen in corporibus suis tormenta non sentiunt. Horum mortem mihi venire hac conditione voluissem.

Aut sicut abortivum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem. Variis modis et exemplis dicit, quod poenas istas in quibus erat, non debuerat pati. Quare non in vulva mortuus sum? Et deinceps ait: Nunc autem dormiens silerem, et somno meo requiescerem cum regibus et consulibus. Forte exemplum contra eos est, qui dicunt non resurrecturos, nisi qui juxta ordinem nati fuerint. Si enim concepti moriuntur in utero, necesse est, quia vivi fuerint: et quidquid moritur, haud dubie quia resurget. Ita quod in membris fuit et vixit, et natura minus dederit: hoc resurrectione in integrum reparabitur: sic enim humani generis instauratio in melius totum reddet, quod natura fraudaverat. Dicit etiam abortiva, quae in natura humana degenerata sunt, a poenis esse aliena, qui sibi solitudines magis quam domus aedificant. Habitat enim diabolus in civitatibus desolatis, et in domibus desertis. Non habentes hospitem Deum, et possident aurum, ut sunt philosophi, et alii sapientes hujus mundi, fulgorem boni ingenii, splendoremque eloquii.

Ibi impii cessaverunt a tumultu. Procul dubio in inferno. Et sicut Septuaginta transtulerunt, ibi impii deposuerunt furorem suum, id est, typhus et superbia, cum saevitia in hoc saeculo gloriantium, humiliata est in inferno.

Et ibi requieverunt fessi robore. Sicut alia habet translatio: ibi requieverunt fatigati corpore: ab oppressione utique et miseria, labore etiam istius mundi liberati.

Et quondam vincti pariter sine molestia. Vincientes et quondam vinctos in inferno dicit pariter habitare, sine injuria tamen et molestia vinculatorum: non ita ut istic ubi praeter poenas, captivitate vel servitute dura, diversis etiam aliis calamitatibus, homines obligantur, dominatu et injustitia iniquorum.

Non audierunt vocem exactoris. Jussa imperantium vel inique exigentium, non verentur.

Porque no cerró las puertas del vientre que me llevó: ni apartó los males de sus ojos. ¿Por qué no morí en el seno materno? ¿Por qué, salido del útero, no perecí al instante? ¿Por qué fui recibido en las rodillas? ¿Por qué fui amamantado en los pechos? En su propia persona, lamenta las miserias del género humano: por qué, destinado a morir de nuevo, ha de padecer los males de esta vida: ¿por qué la misma muerte no extinguió al mortal en el útero?

Pues ahora, durmiendo, callaría, y en mi sueño descansaría con los reyes y cónsules de la tierra, que se edifican soledades: o con los príncipes que poseen oro, y llenan sus casas de plata. Los príncipes, y reyes, y cónsules, aunque en el infierno padecen las sordideces tartáreas, sin embargo, ahora no sienten tormentos en sus cuerpos. Hubiera querido que su muerte me llegara en esta condición.

O como un aborto escondido no subsistiría, o como los que, concebidos, no vieron la luz. De varios modos y con ejemplos dice que no debía haber padecido aquellos castigos en los que se encontraba. ¿Por qué no morí en el seno materno? Y luego dice: Mas ahora, durmiendo, callaría, y en mi sueño descansaría con los reyes y cónsules. Quizás es un ejemplo contra aquellos que dicen que no resucitarán sino los que hayan nacido según el orden. Pues si los concebidos mueren en el útero, es necesario, porque estuvieron vivos: y todo lo que muere, sin duda resucitará. Así, lo que estuvo en los miembros y vivió, y que la naturaleza dio de menos, esto será reparado íntegramente por la resurrección: pues así la restauración del género humano para mejor devolverá entero lo que la naturaleza había defraudado. Dice también que los abortos, que en la naturaleza humana están degenerados, son ajenos a las penas, los cuales se edifican para sí soledades más que casas. Pues el diablo habita en las ciudades desoladas y en las casas desiertas. No teniendo a Dios como huésped, y poseen oro, como son los filósofos y otros sabios de este mundo, el fulgor del buen ingenio y el esplendor de la elocuencia.

Allí los impíos cesaron del tumulto. Sin duda, en el infierno. Y como tradujeron los Setenta, allí los impíos depusieron su furor, esto es, la arrogancia y la soberbia, junto con la crueldad de los que se glorían en este siglo, es humillada en el infierno.

Y allí descansaron los cansados de fuerza. Como dice otra traducción: allí descansaron los fatigados de cuerpo: liberados ciertamente de la opresión y la miseria, y también del trabajo de este mundo.

Y los que en otro tiempo estuvieron atados, están juntos sin molestia. Dice que los vencedores y los en otro tiempo vencidos habitan juntos en el infierno, pero sin injuria ni molestia para los atados: no como aquí, donde, además de las penas, los hombres son obligados por la cautividad o la dura servidumbre, y también por otras diversas calamidades, por el dominio y la injusticia de los inicuos.

No oyeron la voz del capataz. No temen las órdenes de los que mandan o de los que exigen inicuamente.

Parvus et magnus ibi sunt, et servus et liber a domino suo. Quare misero data est lux, et vita his in amaritudine animae sunt? Qui exspectant mortem, et non venit, quasi effodientes thesaurum: gaudentque vehementer cum invenerint sepulcrum. Cum sit ergo, ut video, in inferno aequalitas personarum, et nullus de alterius dominatione formidat: cur mihi misero data est lux ista, et vita similis eis qui in amaritudine animae suae sunt, cum meliora sint inferorum ergastula, quam istius mundi miserabilis vita cruciatibus plena: ubi prae angustiis homines mortem quaerunt, et magno desiderio, ut veniat, exspectant. Exemplum egregium adhibuit, dicens: Quasi effodientes thesaurum, quia nimirum utique gratulantur, cum optatam sibi invenerint sepulturam.

Viro cujus abscondita est vita; et circumdedit eum Deus tenebris. De se dicit: Sic itaque incedebam in mandatis Dei, credens quod mihi fructus justitiae meae responderet; sed absconditum est meritum vitae meae, et pro hoc poenarum tenebris circumdatus sum: ita ut illud bonum mihi subtractum sit, et hoc malum appositum. Quod autem poenas tenebrarum nomine dixerit, audi quid sequitur:

Antequam comedam suspiro, et quasi inundantes aquae, sic rugitus meus. Inter caeteros cruciatus, etiam hanc ei diabolus infirmitatem inflixerat, quam infirmitatem medici bolimiodes appellant, quae infirmitas talem habere dicitur poenam, ut ante cibum torqueatur aegrotus, et sint ei post cibum indesinentes dolores. Unde dicit: Quasi inundantes aquae sicut rugitus meus.

Quia timor quem timebam evenit mihi. Timebam enim peccando laedere Deum, et ille offensus, iram justitiae suae in me exerceat. Sed quid profuit cavisse a peccatis, quandoquidem ut reus omnium peccatorum discrucior? Sequitur:

Et quod verebar accidit. Aliis verbis ipsum repetit, quod superius dixerat. Pro confirmatione dicti solent in Scripturis talia iterari. Non arroganter haec dicit, ut faciat Deo injuriam, sed conscientiae merito libere loquitur.

Nonne dissimulavi? Non reddendo retribuentibus mihi mala.

Nonne silui? Ut non delinquerem in lingua mea, posui ori meo custodiam.

Nonne quievi? Sciens cum surrexit in judicio Deus, quod salvos facturus sit omnes mansuetos terrae.

Et venit super me indignatio. Indignationem hoc loco plagarum molem dicit, quam refert super se cecidisse, cujus pondere et doloribus se gemit obrutum; cum ipse esset, ut superius ait, morbis castigatus; quas poenas in consequentibus, sagittas dici: sicut ait: Sagittae Domini in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritum meum: sive, ut alia translatio habet, ebibit sanguinem meum. Et proprie sagittae vermes possunt intelligi, quia ab eis indesinentibus stimulis pungebatur: sicut ipse Job ait: Et qui comederunt, non dormiunt.

Pequeño y grande están allí, y el siervo es libre de su señor. ¿Por qué se da luz al miserable, y vida a los que están en amargura de alma? Los que esperan la muerte, y no viene, como si excavaran un tesoro: y se alegran vehementemente cuando han encontrado el sepulcro. Siendo así, pues, como veo, que en el infierno hay igualdad de personas, y nadie teme la dominación de otro: ¿por qué a mí, miserable, se me ha dado esta luz, y una vida semejante a la de aquellos que están en amargura de su alma, cuando son mejores las prisiones de los infiernos que la miserable vida de este mundo, llena de tormentos: donde, por la angustia, los hombres buscan la muerte, y con gran deseo esperan que venga? Usó un ejemplo egregio, diciendo: Como si excavaran un tesoro, porque ciertamente se regocijan, cuando han encontrado su deseada sepultura.

A un hombre cuyo camino está escondido; y Dios lo ha rodeado de tinieblas. Dice de sí mismo: Así, pues, caminaba yo en los mandamientos de Dios, creyendo que el fruto de mi justicia me respondería; pero el mérito de mi vida está escondido, y por esto he sido rodeado por las tinieblas de los castigos: de modo que aquel bien me ha sido sustraído, y este mal añadido. Pero que haya llamado a las penas con el nombre de tinieblas, oye lo que sigue:

Antes de comer, suspiro, y como aguas que se desbordan, así es mi rugido. Entre los demás tormentos, también esta enfermedad le había infligido el diablo, enfermedad que los médicos llaman bolimiodes, la cual se dice que tiene tal pena, que el enfermo es atormentado antes de la comida, y después de la comida tiene dolores incesantes. De donde dice: Como aguas que se desbordan, así es mi rugido.

Porque el temor que temía me ha sobrevenido. Pues temía ofender a Dios pecando, y que Él, ofendido, ejerciera sobre mí la ira de su justicia. Pero, ¿de qué sirvió guardarse de los pecados, cuando soy atormentado como reo de todos los pecados? Sigue:

Y lo que temía, sucedió. Con otras palabras repite lo mismo que había dicho antes. Para confirmación de lo dicho, suelen repetirse tales cosas en las Escrituras. No dice esto con arrogancia, para hacer injuria a Dios, sino que habla libremente por el mérito de su conciencia.

¿Acaso no disimulé? No devolviendo a los que me devolvían males.

¿Acaso no callé? Para no delinquir con mi lengua, puse a mi boca una guarda.

¿Acaso no descansé? Sabiendo que cuando Dios se levantó en juicio, salvaría a todos los mansos de la tierra.

Y vino sobre mí la indignación. Por indignación en este lugar dice la mole de plagas, que refiere haber caído sobre él, por cuyo peso y dolores gime estar abrumado; puesto que él mismo era, como dice arriba, castigado con enfermedades; penas que en lo siguiente se llaman saetas: como dice: Las saetas del Señor están en mí, cuya indignación consume mi espíritu; o, como dice otra traducción, consume mi sangre. Y propiamente, por saetas pueden entenderse los gusanos, porque por sus incesantes aguijones era punzado: como el mismo Job dice: Y los que comieron, no duermen.

Quos diabolus ad comedendum eum acriores faciebat, et illi quasi indignantes et irascentes ita carnem ejus morsibus fodiebant, ut velut sagittae viscerum interiora penetrarent. Explicit ubi Job maledixit diem nativitatis suae.

Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Si coeperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Concepta ergo verba edit in injuriam audientis, et dicit ita:

Ecce docuisti multos. Id est, quamplurimos solertia tua, et bonitate ab erroribus revocasti.

Et manus lassas roborasti. Vacillantes confirmaverunt sermones tui, et genua trementia confortasti. Nunc autem venit super te plaga, et defecisti: tetigit te, et conturbatus es. Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, et perfectio viarum tuarum? Ista ergo in sanctum Job cum irrisione dicuntur: et istum habent sensum: si haec fecisses quae dixi, numquam in haec tam mala ad exemplum mortalium incidisses, quia Deum rerum omnium conditorem bonum scimus et justum.

Recordare, obsecro te: quis enim umquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, flante Deo, perisse, et spiritu irae ejus esse consumptos. Ergo ignoras Abel in principio innocentem occisum, et Abraham patriarcham propter uxorem suam fuisse periclitatum: et haec non discernens, generaliter das sententiam, ut cum alii hominum flagellentur a Domino, ut emendentur, alii ut probentur, de quibus iste est: cur huic velut reo poenam exprobras? Quin potius eos qui operabantur iniquitatem, flante Deo, perisse: id est, ut judicis sententia velut vento vehementissimo sublatos a spe aeternae vitae.

Rugitus leonis, et vox leaenae, et dentes catulorum leonum contriti sunt. In rugitu leaenae et voce, saevitiam depraedantis voluit significare.

Tigris periit, eo quod non haberet praedam, et catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictum est verbum absconditum. In tigri velocitatem ejus ad spoliandos homines, praedamque ex eis capiendam describit, cujus etiam catuli similes ejus dissipati sunt et interempti. In alia editione pro tigri, myrmicoleon, id est, formica, et leo, quem nos verius diabolum dixerimus: qui quando praedam agit, de Sanctis tamquam de majoribus rebus, ut leo habendus est: quando vero minima quaerit auferre, formica dicendus est. Et quia sicut formica grana de area, ita ille cogitationes bonas aufert de cordibus hominum.

A los cuales el diablo hacía más ávidos para comerlo, y ellos, como indignados e iracundos, así cavaban su carne con sus mordiscos, que cual saetas penetraban las partes interiores de sus vísceras. Aquí termina donde Job maldijo el día de su nacimiento.

Respondiendo entonces Elifaz temanita, dijo: Si empezamos a hablarte, quizás lo tomes a mal. Pero, ¿quién podrá retener una palabra ya concebida? Por tanto, emite las palabras concebidas para injuria del que oye, y dice así:

He aquí que has enseñado a muchos. Es decir, con tu habilidad y bondad has apartado a muchísimos de sus errores.

Y has fortalecido las manos cansadas. Tus palabras han confirmado a los vacilantes, y has confortado las rodillas temblorosas. Pero ahora ha venido sobre ti una plaga, y has desfallecido; te ha tocado, y estás turbado. ¿Dónde está tu temor, tu fortaleza, tu paciencia y la perfección de tus caminos? Estas cosas, por tanto, se dicen al santo Job con irrisión, y tienen este sentido: si hubieras hecho estas cosas que he dicho, nunca habrías caído en males tan grandes para ejemplo de los mortales, porque sabemos que Dios, creador de todas las cosas, es bueno y justo.

Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: sic viae omnium qui obliviscuntur Deum. Dicit sanctum Job, velut herbae similitudine floruisse: qui antequam ad maturitatem fundatae gloriae perveniret, in tanta mala praecipitatus sit, ne in tempore suo, quasi in plenitudine dierum consummato completoque florentissimo regno, manu potestatis Dei, in qua omnia regna consistunt, auferetur a saeculo. Ergo quia non ita egisti, ut in pace, completo tempore tuo confer-reris in sepulcrum tuum: idcirco ante omnes herbas, id est, ante omnes peccatores, qui herbarum vocabulo saepe dicuntur, solis ardore siccatus es: id est, cum infidelibus tribulationibus corde cessisti. Quod autem ait, ante herbas omnes arescit: quisquis hominum multarum est iniquitatum, sicut tu es, prae pondere criminum, ante incipit poenas luere quam caeteri peccatores.

Et spes hypocritae peribit. Hypocritae simulantis sanctimoniam vitae: hic autem secundum Dei, sicut ipse ait, testimonium, simplex fuit, rectus, et innocens: Si ambu-lavi in vanitate.

Non ei placebit vecordia sua, et sicut tela aranearum fiducia ejus. Grandis revera vecordia est, et amentia, ficte, et simulate agere ante Deum: quod eis in prosperum non procedet, cum ille scrutator sit cordis et renis. Tales in Evangeliis arguuntur: qui sunt ornati deforis quasi specie sanctitatis, et intus peccati putredine pleni sunt, ut sepulcra mortuorum.

Innitetur super domum suam, et non stabit. Confidendo in seipso, et confirmando carnem brachii sui: stare non poterit: sed magis cadet superbia. Quia omnis caro fenum est.

Fulciet eam, et non consurget. Conatur propriis viribus se erigere, sed nequaquam consurgere poterit: quia non est Dominus fortitudo ejus. In quem incumbentes firmissime continentur.

Pues interroga a la generación antigua, e investiga diligentemente la memoria de los padres. Porque de ayer somos, y somos ignorantes, pues como una sombra son nuestros días sobre la tierra: ellos te enseñarán. Te hablarán y de su corazón sacarán elocuciones. Esto es decir, porque somos de ayer, interroga a los antiguos, y encontrarás que unos en el diluvio, otros en Sodoma, o en diversos lugares, recibieron diversas sentencias por sus pecados.

¿Puede acaso verdear el junco sin humedad, o crecer la espadaña sin agua? Esto es decir: así como el junco o la espadaña no pueden vivir sin agua, así tú, sin el fomento y la humedad de la justicia, de ninguna manera pudiste permanecer en tu felicidad primera.

Cuando aún está en flor y no es cortado con la mano, antes que todas las hierbas se seca: así son los caminos de todos los que se olvidan de Dios. Dice que el santo Job había florecido a semejanza de una hierba; quien, antes de que pudiera llegar a la madurez de la gloria fundada, fue precipitado en tan grandes males, para que en su tiempo, como en la plenitud de los días, consumado y completado su floreciente reino, no fuera arrebatado del siglo por la mano de la potestad de Dios, en la que consisten todos los reinos. Por tanto, como no actuaste de tal modo que en paz, completado tu tiempo, fueras llevado a tu sepulcro, por eso antes que todas las hierbas, es decir, antes que todos los pecadores, que a menudo son llamados con el nombre de hierbas, fuiste secado por el ardor del sol: es decir, con los infieles cediste de corazón a las tribulaciones. En cuanto a lo que dice, *antes que todas las hierbas se seca*: cualquiera de los hombres que es de muchas iniquidades, como lo eres tú, por el peso de sus crímenes, antes comienza a pagar las penas que los demás pecadores.

Y la esperanza del hipócrita perecerá. Del hipócrita que simula la santidad de vida; pero este, según el testimonio de Dios, como él mismo dice, fue simple, recto e inocente: *Si he andado en vanidad*.

No le agradará su necedad, y como tela de araña será su confianza. En verdad, es una gran necedad y locura actuar ficticia y simuladamente ante Dios; lo cual no les resultará próspero, pues Él es el escrutador del corazón y de las entrañas. Tales son reprendidos en los Evangelios: los que están adornados por fuera como con apariencia de santidad, y por dentro están llenos de la podredumbre del pecado, como los sepulcros de los muertos.

Se apoyará sobre su casa, y no se mantendrá en pie. Confiando en sí mismo y haciendo de la carne su brazo, no podrá mantenerse en pie, sino que más bien caerá su soberbia. Porque *toda carne es heno*.

La apuntalará, y no se levantará. Intenta erguirse con sus propias fuerzas, pero de ninguna manera podrá levantarse, porque el Señor no es su fortaleza. Apoyándose en quien, se mantienen firmísimamente.

Humectus videtur antequam veniat sol. Felicitatem prosperantis hominis dicit: qui cum aestu tribulationis percussus fuerit, adversitatibus frangitur, et omnis viror pristinae ejus laetitiae, consumptus tristitia exsiccatur.

Et in ortu suo germen ejus egredietur. In principio, inquit, felicitatis suae peccator prospere agere videtur, sed non permanebit, virentis herbae similis: haec est repentina jucunditas, sicut in psalmo: Cum exorti fuerint peccatores ut fenum, et apparuerint: id est, velut herbae in virorem laetitiae praesentis emerserint: mox adveniente caumate peribunt. Justus vero non ita ut fenum florebit: cui, ut dixi, peccatorum gloria comparatur: sed sicut palma florebit, inquit propheta. Quae ita in profundum est radicibus stabilita, ut nec tempestatem metuat, nec solis ardorem formidet. Et cum sub sacrato numero ad centum usque nodos pervenerit, quibus altitudo ejus solide continetur: tunc fructus afferet dulcissimos charitatis, in summo scilicet perfectionis fastigio, quo se per incrementa virtutum, quasi per plurimorum quasdam aetates annorum ascendisse gloriatur.

Super acervum petrarum radices ejus densabuntur, et inter lapides commorabitur. Quoniam radices ejus in terra bona solidatae, ut fructus patientiae afferrent, non figentur, sed super acervum magis petrarum coarctabuntur, non habendo illic vitae humorem: moriturus utique prius ariditate siccabitur.

Et inter lapides commorabitur. Metaphoricωs: lapides, infideles, et duri cordis hoc loco possunt intelligi: inter quos quisque peccator commorabitur vitae similitudine coaequalis, qui Deum ut stolida metalla non sentiunt. Aut certe lapides peccata nominavit. Unde propheta ait: Tollite lapides de via: id est, de via sanctae conversationis auferte peccata.

Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, et dicet: Non novi te. Cum de hac vita ad loca squalida inferorum transferendus absorptus fuerit: indignus utique conspectui Dei esse negabitur. Locus hominis, dici potest qualitas conversationis; ubi vel vitae genere, vel mente consistit: id est, disciplina, vel gratia quam accepit, aut elegit sectari.

Haec est enim laetitia viae ejus: Ironicωs dicitur: haec est laetitia viae ejus: velut si diceret: Sic in bonis operibus, Deoque placentibus ambulavit dum viveret: ut ad aerumnas perpetuo perveniret.

Ut rursum de terra alii germinentur. Facit utique Deus, ut justus judex, dum Judaeos incredulos a promissionibus quae in Christo sunt, propter perfidiam exclusit, et gentes propter obedientiam intromisit. Sive in loco Judae Matthiam constituens, justa judicia sua declaravit.

Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis. Id dicit: non juvat ut faveatur operantibus iniquitatem, et tamen porriget manum pietatis suae, ut peccatores ad poenitentiam convertat.

Se ve húmedo antes de que llegue el sol. Habla de la felicidad del hombre que prospera; quien, cuando es golpeado por el ardor de la tribulación, es quebrado por las adversidades, y todo el verdor de su alegría primera, consumido por la tristeza, se seca.

Y en su huerto brotará su vástago. Al principio, dice, de su felicidad, el pecador parece obrar prósperamente, pero no permanecerá, semejante a la hierba verde: esta es una alegría repentina, como en el salmo: *Cuando brotaron los pecadores como el heno, y aparecieron*: es decir, emergieron como hierbas al verdor de la alegría presente; pronto, al llegar el calor, perecerán. Pero el justo no florecerá como el heno, a lo que, como dije, se compara la gloria de los pecadores; sino que *florecerá como la palmera*, dice el profeta. La cual está tan establecida con sus raíces en lo profundo que no teme ni la tempestad ni el ardor del sol. Y cuando, bajo el número sagrado, haya llegado hasta cien nudos, con los que su altura se contiene sólidamente, entonces dará los dulcísimos frutos de la caridad, es decir, en la más alta cumbre de la perfección, a la que se gloría de haber ascendido mediante el incremento de las virtudes, como a través de ciertas edades de muchos años.

Sobre un montón de piedras se entrelazarán sus raíces, y entre las piedras morará. Porque sus raíces no se fijarán en tierra buena, consolidadas para dar el fruto de la paciencia, sino que más bien se estrecharán sobre un montón de piedras, no teniendo allí el humor de la vida, y a punto de morir, primero se secará por la aridez.

Y entre las piedras morará. Metafóricamente: las piedras, en este lugar, pueden entenderse como los infieles y duros de corazón, entre los cuales morará todo pecador, igual en semejanza de vida, quienes, como metales estúpidos, no sienten a Dios. O ciertamente, llamó pecados a las piedras. De donde dice el profeta: *Quitad las piedras del camino*: es decir, del camino de la santa conversación, quitad los pecados.

Si lo absorbiere de su lugar, este lo negará y dirá: No te he conocido. Cuando, de esta vida, sea transferido y absorbido a los escuálidos lugares de los infiernos, siendo indigno, será ciertamente negado ante la vista de Dios. El lugar de un hombre puede llamarse la cualidad de su conversación; donde consiste ya sea por su género de vida o por su mente: es decir, la disciplina o la gracia que ha recibido o elegido seguir.

Porque esta es la alegría de su camino: Se dice irónicamente: esta es la alegría de su camino; como si dijera: Así anduvo en obras buenas y agradables a Dios mientras vivió, para llegar a perpetuas penalidades.

Para que de nuevo de la tierra otros germinen. Ciertamente Dios, como juez justo, obra así, cuando excluyó a los judíos incrédulos de las promesas que están en Cristo por su perfidia, e introdujo a los gentiles por su obediencia. O, constituyendo a Matías en el lugar de Judas, declaró sus justos juicios.

Dios no desechará al simple, ni tenderá la mano a los malignos. Esto dice: no ayuda que se favorezca a los que obran la iniquidad, y sin embargo tenderá la mano de su piedad para convertir a los pecadores a la penitencia.

Donec impleatur risu o tuum, et labia tua jubilo. In risu, laetitiam cordis intellige. In jubilo, vocem exsultantis adverte.

Qui oderunt te, induentur confusione. Cum utique talis fueris, qualem dixi superius, qui oderunt te, merito confundentur.

Et tabernaculum impiorum non subsistet. De Job quidam hoc dicit, sed fallitur. Nam manifestum est tabernaculum impiorum periturum in aeternum: id est, diabolum, et ministros ejus, vel etiam praesens saeculum.

CAPUT IX.

Et respondens Job, ait: Vere scio quod ita sit, et quod non justificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. Sapiens corde est, et fortis robore. Noli ergo de me ita existimare quod ego saltem cogitare hoc audeam, cum sciam quia creatura Creatori suo in nullo possit penitus comparari.

Quis restitit ei, et pacem habuit? Quis contra Deum agens non sibi bellum irae ejus commovit, sicut Dathan et caeteri?

Qui transtulit montes, et nescierunt hi quos subvertit in furore suo. Qui commovet terram de loco suo. Metaphoricωs montes homines, sive angeli intelligendi sunt: quorum elatio mentis intantum intumuit, ut excelsis montibus comparentur.

Et columnae ejus concutiuntur. Columnas hoc loco pro stabilitate terrae intelligamus: quam Deus super semetipsam immobilissima mole fundavit.

Qui praecipit soli, et non oritur, et stellas claudit quasi sub signaculo. Qui extendit coelos solus, et graditur super fluctus maris. Per vicissitudines diei et noctis; dispositione Dei gubernantis omnia quotidie fieri ita videmus.

Qui facit arcturum, et oriona, et hyadas, et interiora Austri. In his stellarum signis, quae sunt in firmamento coeli pene omnibus stellis notiora, totam militiam astrorum dicit ad regimen Dei pertinere, quae magna et mirabilia homines ignorant. Unde ipse Dominus ait: Numquid nosti ordinem coeli, et ponis rationem ipsius? Item moraliter: Qui commovet terram de loco suo. Hominem Deus de loco vitae prioris commovit, et delectabiles cogitationes, sed noxias, quibus quasi columnis incubans ac requiescens in eis sustinebatur, concussit, et infirmavit, ut eum ad sanctitatem vitae commutaret.

Hasta que tu boca se llene de risa, y tus labios de júbilo. En la risa, entiende la alegría del corazón. En el júbilo, advierte la voz del que exulta.

Los que te odiaron, se vestirán de confusión. Cuando ciertamente seas tal como dije anteriormente, los que te odian serán merecidamente confundidos.

E l tabernáculo de los impíos no subsistirá. Algunos dicen esto de Job, pero se equivocan. Pues es manifiesto que el tabernáculo de los impíos perecerá eternamente: es decir, el diablo y sus ministros, o incluso el siglo presente.

CAPÍTULO IX.

Y respondiendo Job, dijo: Verdaderamente sé que es así, y que el hombre, comparado con Dios, no es justificado. Si quisiera contender con él, no podría responderle una por mil. Es sabio de corazón y fuerte en poder. No pienses, pues, de mí que me atrevería siquiera a pensar esto, pues sé que la criatura no puede en modo alguno compararse con su Creador.

¿Quién le ha resistido y ha tenido paz? ¿Quién, obrando contra Dios, no ha provocado contra sí la guerra de su ira, como Datán y los demás?

Él ha trasladado los montes, y no supieron a quiénes derribó en su furor. Él mueve la tierra de su lugar. Metafóricamente, por montes deben entenderse los hombres, o los ángeles, cuya soberbia de mente se ha hinchado a tal punto que se comparan con altos montes.

Y sus columnas son conmovidas. Entendamos aquí por columnas la estabilidad de la tierra, que Dios fundó sobre sí misma como una mole inamovible.

Él manda al sol, y no sale, y encierra las estrellas como bajo un sello. Él solo extiende los cielos y camina sobre las olas del mar. Por las vicisitudes del día y de la noche, vemos que así sucede diariamente por la disposición de Dios que todo lo gobierna.

El que hace la Osa Mayor, y el Orión, y las Híades, y las cámaras del Sur. En estos signos de las estrellas, que son en el firmamento del cielo casi más conocidos que todas las demás estrellas, dice que toda la milicia de los astros pertenece al gobierno de Dios, cuyas obras grandes y maravillosas los hombres ignoran. De donde el mismo Señor dice: ¿Conoces tú el orden del cielo y estableces su razón? Igualmente, en sentido moral: Él mueve la tierra de su lugar. Dios movió al hombre del lugar de su vida anterior, y sacudió y debilitó los pensamientos deleitables, pero nocivos, en los que, como apoyado en columnas y descansando en ellos, se sostenía, para cambiarlo a una vida de santidad.

Qui praecipit soli, et non oritur. Peccatoribus cordis caecitate percussis, non sol oritur justitiae Christus, sive stellarum: id est, Sanctorum merita, quibus alii ab aliis distabunt in claritate: qui dum hic latent, quasi clauduntur sub signaculo. Qui extendit coelos suos. Apostolos, et caeteros sanctos, coelos effectos ubique praedicatione diffundit: sive eis Scripturas, quae coelorum nomine plerumque significantur, revelando eorum cordibus patefacit: sicut ait: Quoniam videbo coelos opera digitorum tuorum. Egredietur super fluctus maris. Super saeculi utique istius homines inquietos, elatos, et turbidos: ut ad mansuetudinem, et placabilitatem tumore deposito conculcentur. Qui facit arcturum, id est, primos in resurrectione Ecclesiae: ut sint gloriosi, splendentes velut meridies, calore charitatis Dei accensi, et fidei lumine illustrati.

Qui facit magna, et incomprehensibilia, et mirabilia: quorum non est numerus. Magnum est quod facit Deus, ut vas fragile hominem morti obnoxium per Christum in spem beatae resurrectionis constituat. Et interiora Austri. Ubi candelabrum cum lucernis, septiformis spiritus gratiae videlicet, et intelligentiae relucentibus, collocatur.

Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam. Si repente interroget, quis respondebit ei? Vel quis dicere potest, Cur ita facis? Deus, cujus irae nemo resistere potest. Plus dicit, quod venientis Dei praesentia sit, quando homini innotescit, et quando occulitur, quasi abeuntis absentia indicatur.

Et sub quo curvantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam justum, non respondebo, sed meum judicem deprecabor. Portantes orbem, sancti recte intelliguntur: qui gloriam meritorum suorum, magni, et potentes sunt apud Deum. Hi ergo cordis humilitate ad interveniendum pro peccatoribus in conspectu ejus sunt incurvati. Ita sancti portant mundum, dum eum ne ruat ac pereat, orationum fortitudine sustinent. Columnae coeli intremiscunt, ac pavent ad nutum ejus. Apostoli, prophetae, omnesque apostolici viri, sancti quoque, et caeteri fideles intelligendi sunt: de quibus est Petrus, Jacobus, et Joannes, qui videbantur esse columnae: sive sancti ante Deum incurvati, et procidentes adorant, qui portant orbem, id est, totum hominem suum: quem docti minorem mundum appellant: perfectioni Crucis imponunt, et ne per mundi vanitates cogitationibus solvatur ac deflectat, intra se eum constringendo per Dei gratiam regunt, et continent.

Et cum invocantem me exaudierit, non credo quod audierit vocem meam. Qui me etiam inculpabili studentem vitae, impugnantium permittit injuriae. Exauditus est in hoc, ut Dei bona mereatur. Non se autem exauditum credit, eo quod mala patiatur:

Él manda al sol, y no sale. Para los pecadores heridos de ceguera de corazón, no sale el sol de justicia, Cristo, ni las estrellas: es decir, los méritos de los Santos, por los cuales unos se distinguirán de otros en claridad; los cuales, mientras aquí están ocultos, están como encerrados bajo un sello. Él extiende sus cielos. Difunde por doquier con la predicación a los Apóstoles y a los demás santos, hechos cielos; o bien les abre el corazón revelándoles las Escrituras, que a menudo se significan con el nombre de cielos; como se dice: Porque veré tus cielos, obras de tus dedos. Caminará sobre las olas del mar. Sobre los hombres inquietos, soberbios y turbulentos de este siglo, ciertamente: para que, depuesta su hinchazón, sean pisoteados hasta la mansedumbre y la placabilidad. El que hace la Osa Mayor, es decir, los primeros en la resurrección de la Iglesia: para que sean gloriosos, resplandecientes como el mediodía, encendidos con el calor de la caridad de Dios e iluminados con la luz de la fe.

El que hace cosas grandes e incomprensibles y maravillosas, que no tienen número. Grande es lo que hace Dios, que por medio de Cristo establece un vaso frágil, el hombre sujeto a la muerte, en la esperanza de una bienaventurada resurrección. Y las cámaras del Sur. Donde se coloca el candelabro con sus lámparas, es decir, el espíritu septiforme de la gracia y de la inteligencia resplandecientes.

Si viniere a mí, no lo veré; si se fuere, no lo entenderé. Si de repente pregunta, ¿quién le responderá? ¿O quién puede decir: Por qué haces así? Dios, a cuya ira nadie puede resistir. Dice más, que la presencia de Dios que viene es cuando se da a conocer al hombre, y cuando se oculta, se indica como la ausencia de quien se va.

Y debajo de él se encorvan los que sostienen el orbe. ¿Cuán grande soy yo, pues, para que le responda y hable mis palabras con él? Quien, aunque tenga algo justo, no responderé, sino que suplicaré a mi juez. Los que sostienen el orbe se entienden rectamente como los santos, quienes por la gloria de sus méritos son grandes y poderosos ante Dios. Éstos, pues, con humildad de corazón se inclinan para interceder por los pecadores en su presencia. Así los santos sostienen el mundo, mientras lo sustentan con la fuerza de sus oraciones, para que no se derrumbe y perezca. Las columnas del cielo tiemblan y se espantan a su señal. Deben entenderse los Apóstoles, profetas y todos los varones apostólicos, también los santos y los demás fieles: de los cuales son Pedro, Santiago y Juan, que parecían ser columnas; o los santos, inclinados ante Dios y postrándose, adoran, quienes sostienen el orbe, es decir, todo su hombre, al que los doctos llaman el microcosmos: lo imponen a la perfección de la Cruz, y para que no se disuelva y desvíe por las vanidades del mundo en sus pensamientos, constriñéndolo dentro de sí por la gracia de Dios, lo rigen y contienen.

Y aunque me haya escuchado cuando lo invocaba, no creo que haya oído mi voz. Quien a mí, aunque me esfuerzo por una vida irreprensible, me permite la injuria de los que me atacan. Fue escuchado en esto, para que mereciera los bienes de Dios. Pero no se cree escuchado, porque padece males:

In turbine enim conteret me, et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Turbo diabolus potest intelligi, qui velut turbo incubuit in Job, ut eum vastaret.

Non concedit requiescere spiritum meum. Asthmaticon se dicebat effectum: infirmitas enim est, quae in pulmonibus generatur. Obstruuntur aditus quidam pulmonum, quos Graeci poros appellant, et ita constringuntur atque concluduntur in pulmonibus, ut dicunt medici, ut reddere, sive recipere spiritum, pulmones coangustati non sufficiant, nimio etiam dolore cum festinato suspirio repetitur, et concisus flatus emittitur.

Et implet me amaritudinibus. Si fortitudo quaeritur, robustissimus est. Si aequitas judicii, nemo audet pro me testimonium dicere. Si justificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem ostendero, pravum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, et taedebit me vitae meae. Unum est quod locutus sum, et innocentem, et impium ipse consumit. Plagis omnibus atque infirmitatibus circumdata atque obsessa, repleta fellis atque blasphemiae, et amaritudine anima mea. Ita ut durum verbum et asperum os meum dicere compellatur, et taedebit me vitae meae. Ego tamen hoc solum novi, quod malis vitae praesentis punior.

Si flagellat, occidat semel: et non de poenis innocentium rideat. Dure hic satis locutus est contra Deum. In toto quidem libro hoc, nullus locus est asperior isto, et altero superius posito, ubi ait: Quamobrem elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea: de quibus sermonibus respondit ad Deum in fine libri: unum locutus sum, quod utinam non dixissem, et alterum quibus ultra nihil addam. Tota altercatio Job cum amicis hic est, quod ille se justum, illi eum impium pronuntiabant.

Terra data est in manus impii. Caro Christi in potestatem Herodis, sive Pilati: vel ipse Job in potestatem diaboli.

Vultum judicium ejus operit. Quod si non ille est, quis ergo est? Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, et non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naves poma portantes: sicut aquila volans ad escam. Vultum hoc loco mentis judicium, quod Dei justo judicio est opertum, appellat. Excaecanda corda satellitum impii diaboli: quos isthic judices nominavit, ut sanctum Job crudelitate acrius cruciarent.

Cum dixero: Nequaquam ita loquar. Nequaquam ita ait, hoc est, quando compellente cruciatu, aspera contra Deum loquor, et dura: eodem puncto resipiscens definio, me Deo ita loqui non oportere.

Pues en un torbellino me quebrantará, y multiplicará mis heridas aun sin causa. El torbellino puede entenderse como el diablo, que como un torbellino se abatió sobre Job para devastarlo.

No permite que mi espíritu descanse. Decía que se había vuelto asmático: pues es una enfermedad que se genera en los pulmones. Se obstruyen ciertas vías de los pulmones, que los griegos llaman poros, y de tal manera se constriñen y cierran en los pulmones, como dicen los médicos, que los pulmones estrechados no son suficientes para devolver o recibir el aliento, y con un dolor excesivo se repite con suspiros apresurados, y se emite un aliento entrecortado.

Y me llena de amarguras. Si se busca la fortaleza, él es el más robusto. Si la equidad del juicio, nadie se atreve a dar testimonio por mí. Si quisiere justificarme, mi propia boca me condenará. Si me mostrare inocente, me probará perverso. Aun si fuere sencillo, esto mismo ignorará mi alma, y me hastiará mi vida. Una cosa es la que he hablado: él consume tanto al inocente como al impío. Mi alma, rodeada y asediada por todas las plagas y enfermedades, está llena de hiel y de blasfemia y de amargura. De tal manera que mi boca se ve obligada a decir una palabra dura y áspera, y me hastiará mi vida. Sin embargo, solo sé esto: que soy castigado con los males de la vida presente.

Si azota, que mate de una vez, y no se ría de las penas de los inocentes. Aquí habló con bastante dureza contra Dios. En todo este libro, ciertamente, no hay lugar más áspero que este, y otro puesto más arriba, donde dice: Por lo cual mi alma ha escogido el ahorcamiento, y mis huesos la muerte; de cuyas palabras respondió a Dios al final del libro: una cosa he hablado, que ojalá no hubiera dicho, y otra a la que nada más añadiré. Toda la disputa de Job con sus amigos es esta: que él se declaraba justo, y ellos lo declaraban impío.

La tierra ha sido entregada en manos del impío. La carne de Cristo en poder de Herodes, o de Pilato; o el mismo Job en poder del diablo.

Cubre el rostro de sus jueces. Y si no es él, ¿quién es, pues? Mis días han sido más veloces que un corredor; han huido y no han visto el bien. Han pasado como naves que llevan frutos; como el águila que vuela a la presa. En este lugar llama "rostro" al juicio de la mente, que está cubierto por el justo juicio de Dios. Han de ser cegados los corazones de los satélites del impío diablo, a quienes allí nombró jueces, para que atormentaran con mayor crueldad al santo Job.

Cuando digo: De ningún modo hablaré así. "De ningún modo hablaré así", dice, esto es, cuando, obligado por el tormento, hablo cosas ásperas y duras contra Dios; en ese mismo instante, volviendo en mí, decido que no debo hablar así a Dios.

Commuto faciem meam, et dolore torqueor. Verebar omnia opera mea: sciens quod non parceres delinquenti: si autem et sic impius sum, quare frustra laboravi? Id est, prae doloris nimietate contraho atque contristor, et in ipso definitionis meae momento, subitis ac repentinis dolorum aculeis ita vexor atque discrucior, ut rursum amaritudinis et fellis verba depromam.

Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissimae manus meae: tamen sordibus intinges me. In ablutione ergo aquarum nivis, candor mentis ostenditur, et in manu, munditia fructus sanctorum operum demonstratur. Et recte potest nivi baptismus comparari. In pluvia ergo, et imbre affluente sermonem doctrinae legislator voluit indicare. In rore vero et in nive, sensum cum illuminatione sui interiora viscerum penetrantem.

Et abominabantur me vestimenta mea. Neque enim viro, qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in judicio ex aequo possit audiri. Tantum enim malorum mihi illatum est: ut squalore vulneris, et putredinis, si dici potest, etiam quae insensibilia sunt detestentur.

Non est qui utrumque valeat arguere: Id est, quis est qui Deum potest injustitiae, quasi iniquum arguere, nisi temerarius et blasphemus? quis potest velut in reum iniquitatis cum extensione manus dare sententiam? Job vero juxta Dei testimonium, quo fuerat collaudatus, eo quod innocens esset, sibi conscius vere dixit, quod non esset ullus eorum, cum quibus altercabatur, qui eum recte possit arguere: quia ille judicare alterum justissime audet, cujus rea conscientia de his quae in alterum judicat, non tenetur.

Et ponere manum suam in ambobus. Auferat a me virgam suam, et pavor ejus non me terreat. Loquar, et non timebo eum: Nec enim possum metuens respondere. Securus, inquit, et constanter tunc potero respondere, si haec duo amoveat a me: potentiae videlicet suae magnitudinem, et horum cruciatuum poenas.

Taedet animam meam vitae meae: dimittam adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animae meae, dicam Deo: Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita judices? Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora: ut quaeras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.

Cambio mi rostro y soy atormentado por el dolor. Temía todas mis obras, sabiendo que no perdonarías al delincuente; pero si aun así soy impío, ¿por qué he trabajado en vano? Es decir, por la excesiva pena me contraigo y me entristezco, y en el mismo momento de mi resolución, soy de tal manera vejado y atormentado por súbitos y repentinos aguijones de dolor, que de nuevo profiero palabras de amargura y de hiel.

Si me lavare como con aguas de nieve, y mis manos resplandecieren como limpísimas, aun así me hundirás en la suciedad. Por tanto, en la ablución de las aguas de nieve se muestra la blancura de la mente, y en la mano se demuestra la limpieza del fruto de las santas obras. Y con razón puede compararse el bautismo a la nieve. Por tanto, en la lluvia y en el aguacero abundante, el legislador quiso indicar la palabra de la doctrina. Pero en el rocío y en la nieve, un sentido que penetra lo más íntimo de las entrañas con su iluminación.

Y mis propias vestiduras me abominarán. Pues no responderé a un hombre que es semejante a mí, ni a quien pueda ser oído conmigo en juicio de igual a igual. Pues tantos males me han sido infligidos, que la suciedad de la herida y la podredumbre, si se puede decir, hasta las cosas insensibles me detestan.

No hay quien pueda argüir a ambos: Es decir, ¿quién es el que puede acusar a Dios de injusticia, como si fuera inicuo, sino un temerario y blasfemo? ¿quién puede, como contra un reo de iniquidad, dar sentencia con la mano extendida? Pero Job, según el testimonio de Dios, por el cual había sido alabado, porque era inocente, consciente de ello, dijo verdaderamente que no había ninguno de aquellos con quienes altercaba que pudiera acusarlo con razón: porque aquel se atreve a juzgar a otro con suma justicia, cuya conciencia culpable no está atada por aquello que juzga en otro.

Y poner su mano sobre ambos. Quite de mí su vara, y que su pavor no me aterrorice. Hablaré y no le temeré; pues no puedo responder temiendo. Seguro, dice, y con constancia podré entonces responder, si aparta de mí estas dos cosas: a saber, la magnitud de su poder y las penas de estos tormentos.

Mi alma está hastiada de mi vida; daré rienda suelta a mi queja contra mí mismo. Hablaré en la amargura de mi alma; diré a Dios: No me condenes. Indícame por qué me juzgas así. ¿Acaso te parece bien calumniarme y oprimirme, a mí, obra de tus manos, y favorecer el consejo de los impíos? ¿Acaso tienes tú ojos de carne, o ves tú como ve un hombre? ¿Son tus días como los días de un hombre, y tus años como los tiempos humanos, para que inquieras mi iniquidad y escudriñes mi pecado? Y para que sepas que no he hecho nada impío, cuando no hay nadie que pueda librar de tu mano.

Manus tuae, Domine, fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu, et sic repente praecipitas me? Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle, et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Quod autem dicit, totum se in circuitu factum, contra haereticos locutus est, qui dicunt animam ab alio Deo factam, et corpus ab altero plasmatum.

Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum. Licet haec celes in corde tuo: tamen scio quia universorum memineris. Si peccavi, et ad horam perpecisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et si impius fuero, vae mihi est, et si justus. Ipsa anima est vita hic appellata, non vita animae: quia possunt et actus animae vita nuncupari.

Non levabo caput, saturatus afflictione et miseria. Et propter superbiam. Id est, contractus dolore et tormentis viscerum: caput ad ima depositum elevare non possum, sive confusione et moerore repletus.

Quasi leaenam capies me. Huic ergo bestiae, ait Job, assimilas me hominem humilem et abjectum.

Reversusque mirabiliter me crucias. Deum dicebat ad se reverti, quando cum antiquis novas poenas, et recentiores in suo corpore sentiebat mirabiliter.

Instauras testes tuos contra me. Hoc dicit, quia castigationes, et poenae nostrae, testes sunt divinae justitiae. Sive cruciatus, illius idcirco dictos testes existimo, quia ejulante eo, et rugiente, quasi testimonium Deo tormenta reddebant.

Et multiplicasti iram tuam adversum me, et poenae militant in me. Quare de vulva eduxisti me, qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem, quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Potest ira Dei diabolus intelligi: cujus ministerio Job acerbos dolores patiebatur. Poenae autem in se militantes dicuntur: quia per quemdam malorum ordinem succedentes, officium commissae sibi crudelitatis exercent.

Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum. Id est, requiem ab istis cruciatibus mihi concede, ut plangam aliquantulum dolorem poenarum mearum quem in corpore meo sustineo, sive quem futurum in inferno perhorresco.

Tus manos, Señor, me hicieron y me formaron por completo, ¿y así de repente me precipitas? Recuerda, te ruego, que me hiciste como barro, y al polvo me reducirás. ¿No me vertiste como leche y como queso me cuajaste? De piel y carne me vestiste; con huesos y nervios me trabaste. Mas el que diga que fue hecho por completo, habló contra los herejes, que dicen que el alma fue hecha por un Dios, y el cuerpo formado por otro.

Me concediste vida y misericordia, y tu visitación ha guardado mi espíritu. Aunque ocultes estas cosas en tu corazón, sin embargo, sé que de todo te acuerdas. Si he pecado, y por una hora me has perdonado, ¿por qué no permites que quede limpio de mi iniquidad? Y si he sido impío, ¡ay de mí!, y si justo. La vida aquí es llamada el alma misma, no la vida del alma, porque también los actos del alma pueden ser llamados vida.

No levantaré la cabeza, saturado de aflicción y miseria. Y a causa de la soberbia. Es decir, contraído por el dolor y los tormentos de las entrañas, no puedo levantar la cabeza, abatida hasta lo más bajo, o lleno de confusión y tristeza.

Me cazarás como a una leona. A esta bestia, pues, dice Job, me asemejas, a mí, hombre humilde y abyecto.

Y volviendo, me atormentas maravillosamente. Decía que Dios volvía a él cuando, junto con las penas antiguas, sentía maravillosamente en su cuerpo otras nuevas y más recientes.

Renuevas tus testigos contra mí. Dice esto porque nuestros castigos y penas son testigos de la justicia divina. O bien, estimo que sus cruciatus fueron llamados por ello testigos, porque, mientras él gemía y rugía, los tormentos rendían, por así decirlo, testimonio a Dios.

Y multiplicaste tu ira contra mí, y las penas militan en mí. ¿Por qué me sacaste del vientre? ¡Ojalá hubiera sido consumido, para que ningún ojo me viera! Hubiera sido como si no hubiera sido, trasladado del útero al túmulo. ¿Acaso la brevedad de mis días no terminará en poco tiempo? La ira de Dios puede entenderse como el diablo, por cuyo ministerio Job padecía acerbos dolores. Mas las penas se dicen que militan en él porque, sucediéndose en un cierto orden de males, ejercen el oficio de la crueldad que se les ha encomendado.

Déjame, pues, para que llore un poco mi dolor. Es decir, concédeme un respiro de estos tormentos, para que llore un poco el dolor de mis penas que soporto en mi cuerpo, o el que temo que habrá en el infierno.

Antequam vadam, et non revertar ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine: terram miseriae, et tenebrarum: ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans. Quod terram inferorum descripserit, nulli dubium est; nullus ordo ibi est vitae: tenebrosa est, ut dixi, proculdubio velut carcer, in quem peccatores et impii qui lucem odio habuerunt, ut tenebrarum filii, contrudentur. Quae terra caligine mortis operta est: ut clausi in nocte aeterna, nullum poenitentiae lumen aliquando aspiciant. Ubi est miseris umbra mortis, quae in hoc loco poenae intelligendae sunt: quia sicut umbrae corporum non sunt longe a corporibus, quae faciunt umbras: ita poenae non longe a morte sunt, quae inferunt mortem. Non revertar ad hanc mortalitatem, ubi tanta mala patior. Spiritus divinus, qui est in naribus meis Quia eum dolorum angustiis anhelantem, consolationum robore urgebat. Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me, et abscondas donec pertranseat ira tua, et constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Furor irae Dei pertransiit, quem Adam peccando promeruit, quando chirographum in mortem filiorum ejus conscriptum, Christi delevit adventus. Nemini ergo de sanctis mirum videatur, qui adventu Domini sunt absoluti ab inferis, et resurrectionis Christi exemplo in spe beatae resurrectionis suae sunt constituti.

Respondens autem Sophar Naamathites dixit: Numquid qui multa loquitur, non audiet: aut vir verbosus justificabitur? Veluti si dixisset: Numquid potest vir verbosus admirationi haberi, aut praeconio laudis efferri: cum sit ostensione nimiae verbositatis odiosus? sed potius audire debet quae meretur: ne, vanitate elatus, solum se existimet sapientem.

Tibi soli tacebunt homines, et cum caeteros irriseris, a nullo confutaberis? Non sunt haec amicorum solatia, sed hostium tela. Ita ut nunc dicamus de vobis: Filii hominum dentes eorum, arma et sagittae.

Dixit enim: Purus est sermo meus, et mundus sum in conspectu tuo. Non ita dixit, quod purus esset et mundus: id est, quod cogitationibus et verbis ante Deum immaculatus existeret; sed dixit, Nihil impium feci.

Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi. Dixit quali judicio Job debuerit condemnari. In loquendo enim vocem Dei, cujus sonum aures suscipiunt, ut arbitror, voluit indicare. In aperiendis vero labiis, vocis intelligentiam demonstravit.

Ut ostenderet tibi secreta sapientiae, et quod multiplex esset lex ejus. Cordis ejus abdita, et remota judicia, in quibus multiplex et imperscrutabilis est, cognosceres.

Antes que vaya, y no vuelva, a la tierra tenebrosa y cubierta con la niebla de la muerte; tierra de miseria y de tinieblas, donde está la sombra de la muerte, y ningún orden, sino que habita un horror sempiterno. Que describió la tierra de los infiernos, a nadie le cabe duda; allí no hay orden de vida: es tenebrosa, como he dicho, sin duda como una cárcel, en la que serán arrojados los pecadores e impíos que odiaron la luz, como hijos de las tinieblas. Tierra que está cubierta por la niebla de la muerte, para que, encerrados en la noche eterna, nunca vean luz alguna de penitencia. Donde para los desdichados está la sombra de la muerte, que en este lugar debe entenderse como las penas: porque así como las sombras de los cuerpos no están lejos de los cuerpos que hacen las sombras, así las penas no están lejos de la muerte que infligen. No volveré a esta mortalidad, donde padezco tantos males. El espíritu divino, que está en mis narices, porque lo impulsaba, jadeante en la angustia de sus dolores, con la fuerza de las consolaciones. ¿Quién me concederá que en el infierno me protejas, y me escondas hasta que pase tu ira, y me fijes un tiempo en el que te acuerdes de mí? El furor de la ira de Dios, que Adán mereció al pecar, ha pasado, cuando el advenimiento de Cristo borró el quirógrafo redactado para la muerte de sus hijos. Por tanto, a ninguno de los santos le parezca extraño, quienes por el advenimiento del Señor son absueltos de los infiernos, y por el ejemplo de la resurrección de Cristo son establecidos en la esperanza de su propia bienaventurada resurrección.

Respondiendo entonces Sofar naamatita, dijo: ¿Acaso el que habla mucho no ha de oír? ¿O el hombre verboso será justificado? Como si hubiera dicho: ¿Puede un hombre verboso ser tenido en admiración, o ser ensalzado con el pregón de la alabanza, cuando es odioso por la ostentación de una verbosidad excesiva? Sino que más bien debe oír lo que merece, no sea que, envanecido por la vanidad, se considere el único sabio.

¿Acaso los hombres callarán solo ante ti, y cuando te hayas burlado de los demás, no serás refutado por nadie? Estas no son las consolaciones de los amigos, sino las armas de los enemigos. De modo que ahora podemos decir de vosotros: Hijos de los hombres, sus dientes son armas y saetas.

Pues dijo: Mi palabra es pura, y limpio soy a tus ojos. No lo dijo de este modo, que era puro y limpio, es decir, que existía inmaculado en pensamientos y palabras ante Dios; sino que dijo: Nada impío he hecho.

Y ojalá que Dios hablara contigo, y abriera sus labios para ti. Dijo con qué juicio Job debía ser condenado. Pues al hablar, quiso, según creo, indicar la voz de Dios, cuyo sonido los oídos reciben. Pero en la apertura de los labios, demostró la inteligencia de la voz.

Para que te mostrara los secretos de la sabiduría, y que su ley es múltiple. Conocerías las cosas ocultas de su corazón, y sus juicios remotos, en los cuales es múltiple e inescrutable.

Et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua. Hoc est, plura pati debes tormenta, quam te sustinere proclamas.

Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum omnipotentem reperies. Vestigia Dei illa sunt, quando dignatione sui hominibus innotescit. Et ideo tunc eum vestigamus, quando se nobis aliquantulum manifestare dignatur. Haec sunt ergo vestigia Dei, cum eum incomprehensibilem intellexeris, et credideris.

Excelsior coelo est, et quid facies? Profundior inferno, et unde cognosces? Longior terrae mensura ejus et latior mari. Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit: quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest: Cur ita facis? Credimus quod ubique est Deus, et intra eum omnia quae ab eo creata sunt continentur.

Ipse enim novit hominum vanitatem, et videns iniquitatem nonne considerat? Ipse enim novit opera iniquorum, et videns injusta non negligit; quia iniquos et impios vindicat.

Vir vanus in superbiam erigitur, et tamquam pullum onagri se liberum natum putat. Dicit eum pullo onagri similem, effreno scilicet animali et vago: eo quod ita existimet de se Job, qui ad nullum debeat pertinere.

Tu autem firmasti cor tuum, et expandisti ad eum manus tuas. Firmasti cor tuum, ait: non ut satisfaceres Deo per poenitentiam, ut auferret plagam hanc pessimam in tuis carnibus saevientem. Expandisti ad eum manus tuas: id est, falsa operum merita, ore vaniloquo dilatasti: quia multis locis, nomine manuum, opera designantur.

Si iniquitatem quae est in manu tua, abstuleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia. Cum exprobratione arguit Job, dicens: Si iniquitas quae est in manu operis tui, et injustitia in tabernaculo cordis tui non manserit.

Tunc levare poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis. Sanctam videlicet possidens conscientiam, et liberam ad deprecandum Deum erigens faciem tuam. Cain enim fratricida in terra Naid habitavit, id est, instabilis factus est. Ne ergo et Job hujusmodi supplicium, super morte sua perpetuum timorem incurreret, Sophar hortatur eum, dicens: Si haec feceris, quae supra diximus, eris stabilis. Hoc sane sciendum, quia est commotio in qua peccator permanens in facinoribus suis, ante faciem non consistit. Facies tua tamquam aqua pura, et spoliaberis sorde, et non timebis. Qui est sincerae et purificatae mentis, et mundus ab omni sorde, pertimet vitia: quibus velut exuviis exspoliatus, tamquam e tenebris eductus fulgebit. Homo faciem mentis suae candoris puritate praeferens radiantem populum significat Judaeorum, qui Christum patrem quodam modo suum occidit.

Y entenderías que él exige de ti mucho menos de lo que merece tu iniquidad. Esto es, debes padecer más tormentos de los que proclamas estar soportando.

Quizás comprenderás las huellas de Dios, y encontrarás al Omnipotente hasta la perfección. Las huellas de Dios son aquellos momentos en que, por su condescendencia, se da a conocer a los hombres. Y por eso entonces lo rastreamos, cuando se digna manifestársenos un poco. Estas son, pues, las huellas de Dios: cuando has entendido y creído que él es incomprensible.

Es más alto que el cielo, ¿y qué harás? Más profundo que el infierno, ¿y cómo lo conocerás? Su medida es más larga que la tierra y más ancha que el mar. Si subvirtiera todas las cosas, o las reuniera en una, ¿quién le contradecirá? ¿O quién puede decirle: Por qué haces así? Creemos que Dios está en todas partes, y dentro de él se contienen todas las cosas que por él fueron creadas.

Pues él conoce la vanidad de los hombres, y viendo la iniquidad, ¿no la considera? Pues él conoce las obras de los inicuos, y viendo las cosas injustas, no las descuida; porque castiga a los inicuos y a los impíos.

El hombre vano se eleva a la soberbia, y se cree nacido libre como el pollino de un onagro. Dice que es semejante al pollino de un onagro, es decir, a un animal sin freno y errante, porque así se estima Job a sí mismo, que no debe pertenecer a nadie.

Pero tú has endurecido tu corazón, y has extendido hacia él tus manos. Has endurecido tu corazón, dice: no para satisfacer a Dios mediante la penitencia, para que quitara esta plaga pésima que se ensaña en tus carnes. Has extendido hacia él tus manos: es decir, has dilatado los falsos méritos de tus obras con boca vanílocua, porque en muchos lugares, con el nombre de manos, se designan las obras.

Si quitas de ti la iniquidad que está en tu mano, y no permanece la injusticia en tu tabernáculo. Reprocha a Job con recriminación, diciendo: Si la iniquidad que está en la mano de tu obra, y la injusticia en el tabernáculo de tu corazón no permaneciere.

Entonces podrás levantar tu rostro sin mancha, y serás estable, y no temerás. Es decir, poseyendo una conciencia santa, y levantando tu rostro libre para suplicar a Dios. Pues Caín el fratricida habitó en la tierra de Naid, es decir, se hizo inestable. Por tanto, para que Job no incurriera también en semejante suplicio, un temor perpetuo sobre su muerte, Sofar lo exhorta, diciendo: Si hicieres estas cosas que hemos dicho arriba, serás estable. Ciertamente, esto debe saberse, que hay una conmoción en la que el pecador, permaneciendo en sus crímenes, no se mantiene ante su rostro. Tu rostro será como agua pura, y serás despojado de la suciedad, y no temerás. Quien es de mente sincera y purificada, y limpio de toda suciedad, teme los vicios; despojado de los cuales como de despojos, brillará como sacado de las tinieblas. Un hombre que muestra el rostro radiante de su mente con la pureza de su blancura significa el pueblo de los judíos, que en cierto modo mató a Cristo su padre.

Miseriae quoque oblivisceris, et quasi aquarum quae praeterierint, non recordaberis. In transitu itaque aquarum, Sophar hoc vult intelligere; quod tam cito possint discedere ab eo dolores, si tamen Job se emendare voluerit; quemadmodum aquae intra momentum ad loca alia dilabuntur, et ita omnino abstergi ab eo posse plagae hujus miseriam: ut prorsus tenui memoria recordetur ejus, quasi quae non fuerit.

Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et cum te consumptum putaveris, orieris ut Lucifer. Spiritualiter sic intelligi potest: consurget tibi ad vesperam, id est, in consummatione laborum malorum tuorum, consolatio sol justitiae tibi Christus adveniet: sive post mortem resurgens in gloriam. Item aliter, etiam in hoc interitu tuo quo quotidie tanta putredine contabescis, et defluis, ut jam omnino consumptum te arbitreris: si feceris, quae jam dixi, ex nihilo omnino penitusque consumpto, repente orieris ut Lucifer; qui per occultas cursus sui metas polum circuiens, post biennium in ipsius aurorae rutilo dicitur apparere. Ita ergo et tibi post noctem, et tenebras densiores diutinae tentationis istius: si culpas tuas cognoveris, poterit evenire.

Et habebis fiduciam proposita tibi spe, et defossus securus dormies. Requiesces, et non erit qui te exterreat. Et deprecabuntur faciem tuam plurimi. Habebis hanc fiduciam, ut defossus in morte, certusque de resurrectione effectus, securus dormias, requiescas in inferno, in spe certae spei constitutus, et non erit illic ullus tortor adversarius inimicus, qui te exterreat, et tibi poenas infernales infligat, sed potius quicumque sunt, preces tibi supplices fundent, ut eis tartarei cruciatus tui orationibus temperentur.

Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis, et spes illorum abominatio animae. Id est, exspectatio hominum impiorum hoc fine concludetur: ut in tempore alienae gloriae, ipsi non absolutione, sed abominatione digni inveniantur.

CAPUT XII.

Respondens autem Job, dixit: Ergo vos estis soli homines, et vobiscum morietur sapientia? Et mihi est cor sicut et vobis: nec inferior vestri sum. Quis enim haec quae nostis ignorat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum. Deridetur enim justi simplicitas. Hoc est dicere, quid vos tantum dicitis sapientes, et putatis quod post vos nullus erit sapiens?

También te olvidarás de la miseria, y no te acordarás de ella, como de aguas que han pasado. Por tanto, en el paso de las aguas, Sofar quiere que se entienda esto: que tan pronto podrían apartarse de él los dolores, si Job quisiera enmendarse; así como las aguas en un momento se deslizan a otros lugares, y así podría borrarse por completo de él la miseria de esta plaga, de modo que la recordara con una memoria tenue, como si no hubiera existido.

¿Qué sabes tú que nosotros ignoremos? ¿Qué entiendes tú que nosotros no sepamos? Muchísimo: claramente, en primer lugar, conocía a Dios mismo más, y luego preveía por el espíritu los misterios que se revelarían en Cristo.

Y ancianos y antiguos hay entre nosotros, mucho más viejos que tus padres. Los ancianos y antiguos puestos con nosotros, que ya por su misma longevidad han alcanzado muchísima erudición y ciencia, no han presumido decir nada temerariamente contra Dios, como tú haces.

¿Acaso es gran cosa que Dios te consuele? Pero tus palabras perversas lo impiden. Es manifiesto que no es ni gran cosa para el Omnipotente, ni difícil para la misericordia de Dios, consolar a un hombre: oírle cuando invoca y librarlo de la opresión de la tribulación; pero tú, eructando blasfemias, exasperas más a Dios para tu castigo, a quien podrías haber aplacado con humildad y satisfacción.

Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? Quid tumet contra Deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo hujuscemodi sermones? Quid est homo, et immaculatus sit, ut justus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, et coeli non sunt mundi in conspectu ejus: quanto magis abominabilis, et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? Cor, oculi, spiritus, totam hominis animam significant, sed in corde hominis sapientiam cognoscamus. In oculis, perspicuitatem intelligentiae. In spiritu vero illius animae motum, quo cogitationibus incessabiliter agitur ad quaecumque facienda. In elevatione ergo cordis, et attonitis oculis, tumore etiam spiritus: superbum valde contra Deum, et inflatum nimium sanctum Job Eliphaz amicus ejus exprobrat. Illis etenim sermonibus offensus fuerat, quos beatus Job ad Deum superius narravit. Si judicatus fuero, scio quod justus inveniar, et contra isto sermone loquitur: Quid est homo ut immaculatus appareat?

Ostendam tibi, audi me, quod vidi narrabo tibi. Expertam rem loquor, quam cognovisse, et vidisse me noveris.

Sapientes confitentur, et non abscondunt patres suos. Ita vult eum diversis modis atque exemplis, quasi ad poenitentiam coarctare atque constringere, ut confiteatur plagam illam poenarum quam sustinebat ob merita sustinere. Vel ita: non defendendo seipsos, suosque patres similes sui, vel quos imitando parentes habere coeperunt; peccata sua sive parentum non cooperiunt, nec abscondunt. Sive non celant patres suos, id est, seniores, vel sacerdotes suos, quibus peccata salubre est confiteri.

Quibus solis data est terra, et non transibit alienus per eos. Frequenter Deus propter peccata tradit terram iniquorum aliis gentibus. De conversationis igitur introitu, et ingressu Sophar ad Job loquitur: In amaritudine sua vadent et venient super eum horribiles, id est, quasi iracundia fellium commoti, et veneno invidiae in amaritudinem furoremque conversi: circa te, inquit, jugiter morabuntur. Sive moraliter. Sapientes illi in Christo sunt, et in saeculo stulti, qui satisfactione poenitentiae, peccata sua vel errores haereseos convertendo se ad Deum fideliter confitentur, et auctores vel criminum suorum, vel dogmatum manifestant, ut terram corporis sui soli possideant: id est, non ei vitia, vel hostiles nequitiae dominentur. Alienusque per eum non transeat, id est, diabolus in eum non habeat potestatem. Qui vere alienus dicendus est, quia se a Deo, et angelorum consortio fecit alienum.

¿Por qué te enaltece tu corazón y, como si pensaras grandes cosas, tienes los ojos atónitos? ¿Por qué se hincha tu espíritu contra Dios, para que profieras de tu boca tales discursos? ¿Qué es el hombre para que sea inmaculado, para que parezca justo el nacido de mujer? He aquí que entre sus santos ninguno es inmutable, y los cielos no son puros a sus ojos: ¿cuánto más abominable e inútil el hombre, que bebe la iniquidad como agua? Corazón, ojos, espíritu, significan toda el alma del hombre, pero en el corazón del hombre reconozcamos la sabiduría. En los ojos, la perspicuidad de la inteligencia. En el espíritu, en verdad, el movimiento de esa alma, por el cual es incesantemente impulsada por los pensamientos a hacer cualquier cosa. Por lo tanto, en la elevación del corazón, y en los ojos atónitos, y también en la hinchazón del espíritu, su amigo Elifaz reprocha al santo Job ser sumamente soberbio contra Dios y excesivamente inflado. Pues se había ofendido por aquellas palabras que el bienaventurado Job había referido a Dios más arriba. Si soy juzgado, sé que seré hallado justo, y contra este discurso habla: ¿Qué es el hombre para que parezca inmaculado?

Te mostraré, escúchame, lo que he visto te lo contaré. Hablo de un asunto experimentado, que sabrás que he conocido y visto.

Los sabios confiesan, y no ocultan a sus padres. Así quiere obligarlo y constreñirlo a la penitencia, por así decirlo, de diversas maneras y con ejemplos, para que confiese que soporta aquella plaga de castigos que sufría por sus méritos. O así: no defendiéndose a sí mismos, ni a sus padres semejantes a ellos, o a aquellos a quienes imitando comenzaron a tener como padres; no cubren ni ocultan sus propios pecados ni los de sus padres. O no ocultan a sus padres, es decir, a sus mayores, o a sus sacerdotes, a quienes es saludable confesar los pecados.

A quienes solos les fue dada la tierra, y ningún extraño pasará a través de ellos. Frecuentemente Dios, a causa de los pecados, entrega la tierra de los inicuos a otras naciones. Por lo tanto, Zofar habla a Job sobre el comienzo y la entrada de la conversación: En su amargura irán y vendrán sobre él seres horribles, es decir, como movidos por la ira de la hiel, y convertidos en amargura y furor por el veneno de la envidia: a tu alrededor, dice, morarán continuamente. O moralmente. Aquellos sabios están en Cristo, y son necios en el mundo, quienes por la satisfacción de la penitencia, confiesan fielmente sus pecados o los errores de la herejía convirtiéndose a Dios, y manifiestan a los autores ya sea de sus crímenes o de sus dogmas, para que posean solos la tierra de su cuerpo: es decir, que no la dominen los vicios o las maldades hostiles. Y que ningún extraño pase a través de él, es decir, que el diablo no tenga poder sobre él. Quien verdaderamente debe ser llamado extraño, porque se hizo a sí mismo extraño a Dios y a la compañía de los ángeles.

Cunctis diebus suis impius superbit, et numerus annorum incertus est tyrannidis ejus. In personam quidem Job haec Eliphaz videtur invehere, quae usque ad calcem sermonis hujus perduxit. Ego vero existimo quod afflatus spiritu prophetiae, cuncta haec in quemlibet impium, sive in ipsum diabolum, vel ejus socios dixerit.

Sonitus terroris semper in auribus illius. Sicut Aegyptii passi sunt.

Et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Perseverat impius in scelere semper de conscientiae malo: novit enim secundum justum judicium Dei, quae impiis retributio sit separata.

Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem. Frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit. Hic impius in profundum peccatorum deveniens, vitam se posse consequi desperavit. Et idcirco non credit quod reverti possit ad poenitentiae lucem de tenebris peccatorum. Hujus autem diffidentiae causam enarrat, dicens:

Circumspectans undique gladium. Id est, hinc inde: sive praestolans mortem. Diximus, diabolum in escam datum spirituum immundorum, quia ejus malitia vivunt: vultures vero homines peccatores, et immundi intelliguntur. Cum ergo hi conversi fuerint, tunc inimicum devorantem se, versa vice habebunt in escam, quia ipse est draco qui datus est a Deo in escam populis Aethiopum, qui quondam propter nigredinem peccatorum Aethiopes, nunc autem per fidem lux facti in Domino. Hunc impium sive draconem consumunt ac devorant: dum omne corpus ejus, qui sunt utique peccatores, per fidem intromittunt in corpus, id est, in Ecclesiam: secundum hoc, quod dictum est Petro: Surge, occide, et manduca. Hinc etiam Moyses filios Israel vitulum comminutum bibere compulit, ut sicut ab eo fuerant absorpti in errore: ita illi in corpore populi Dei relicto errore transirent.

Cum se moverit ad quaerendum panem, novit quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies. Motus animorum est inchoatio cogitationis. Cum ergo hic recordatus fuerit, reus sibi semper male conscius, quemadmodum possit vivere: nihil ei occurrit aliud quam tempus illud judicii Dei horribile, quo poenas perpetuas irrogandas expavescit.

Terrebit eum tribulatio, et angustia vallabit eum, sicut regem qui praeparatur ad praelium. Antequam dies praedictus adveniat, malo formidinis cruciabitur; pressuris quoque, et angustiis septus undique coarctabitur, veluti rex profecturus ad praelium. Sub nomine regis impium hominem, sive diabolum significari existimo, qui contra Deum bella quotidie, blasphemias contentionesque, sive pugnas parat vitiorum.

Todos sus días el impío se ensoberbece, y el número de los años de su tiranía es incierto. Elifaz parece, en efecto, dirigir estas cosas contra la persona de Job, las cuales ha continuado hasta el final de este discurso. Pero yo estimo que, inspirado por el espíritu de profecía, dijo todas estas cosas contra cualquier impío, o contra el mismo diablo, o sus socios.

El sonido del terror está siempre en sus oídos. Como padecieron los egipcios.

Y cuando hay paz, él siempre sospecha emboscadas. El impío persevera siempre en el crimen por la mala conciencia: pues sabe, según el justo juicio de Dios, qué retribución está reservada para los impíos.

No cree que pueda volver de las tinieblas a la luz. Engañado por un vano error, de que ha de ser redimido por algún precio. Este impío, habiendo llegado a lo profundo de los pecados, ha desesperado de poder alcanzar la vida. Y por eso no cree que pueda volver a la luz de la penitencia desde las tinieblas de los pecados. Pero explica la causa de esta desconfianza, diciendo:

Mirando por todas partes la espada. Es decir, de aquí y de allá: o esperando la muerte. Hemos dicho que el diablo es dado como alimento a los espíritus inmundos, porque viven de su malicia: pero por buitres se entienden los hombres pecadores e inmundos. Cuando, por tanto, estos se hayan convertido, entonces tendrán al enemigo que los devora, a su vez, por alimento, porque él es el dragón que fue dado por Dios como alimento a los pueblos de los etíopes, que antes eran etíopes por la negrura de sus pecados, pero ahora son hechos luz en el Señor por la fe. A este impío o dragón consumen y devoran: mientras introducen todo su cuerpo, que son ciertamente los pecadores, por la fe en el cuerpo, es decir, en la Iglesia: según aquello que fue dicho a Pedro: Levántate, mata y come. De aquí también Moisés obligó a los hijos de Israel a beber el becerro pulverizado, para que así como habían sido absorbidos por él en el error, así ellos, abandonado el error, pasaran al cuerpo del pueblo de Dios.

Cuando se mueve a buscar pan, sabe que el día de las tinieblas está preparado en su mano. El movimiento de las almas es el comienzo del pensamiento. Cuando, por tanto, este hombre, siempre culpable y con mala conciencia, ha recordado cómo puede vivir, no se le ocurre otra cosa que aquel tiempo horrible del juicio de Dios, en el que teme los castigos perpetuos que se le han de imponer.

La tribulación lo aterrorizará, y la angustia lo rodeará, como a un rey que se prepara para la batalla. Antes de que llegue el día predicho, será atormentado por el mal del pavor; también, cercado por todas partes por presiones y angustias, será constreñido, como un rey que va a salir a la batalla. Bajo el nombre de rey, estimo que se significa al hombre impío, o al diablo, que diariamente prepara guerras, blasfemias y contiendas, o batallas de vicios, contra Dios.

Tetendit enim adversus Deum manum suam, et contra omnipotentem roboratus est. In elatione, sive expansione manus, resistentem Deo demonstrat, quemque mentis etiam tumidae contumacia robustum dicit.

Cucurrit adversus eum erecto collo. Abruptam ac praecipitem superbi indicat mentem: quia contra Deum possessus insanus in audacia resistendo, non lentis gressibus processit.

Et pingui cervice armatus est. Pinguedinem nominando cervicis, superabundantem, et quasi nimium effluentem superbiam indicavit. Quemadmodum propheta ait, cum de eadem hominum superbia loquitur, dicens: Prodivit quasi ex adipe iniquitas eorum, hoc testimonium nova editio apertius dicit: Processerunt a pinguedine oculi eorum: id est, sensus sive cogitationes nimium superborum, in blasphemiam proruperunt.

Operuit faciem ejus crassitudo. Facies plerumque ipsa mens animae intelligitur, ut ait Apostolus: Nos autem revelata facie gloriam Domini speculamur. Hanc diabolus sive impius homo sanctitate seu humilitate, serenam non habet, sive perspicuam, sed crassitudine opertam superbiae, quae caeco corde sit, et obtuso. Alia editio: Operuit faciem ejus tamquam in adipe suo; tamquam diceret: superbia videlicet atra, auctor omnium vitiorum: non tenui, et perlucida humilitatis virtute velut pretioso amictu se vestivit, sed de seipsa fecit ei quodammodo derisum, et vestimentum obscurum, quo superbiam crassa caecitate cordis obtunderet.

Et de lateribus ejus arvina dependet. Possunt latera ejus, ministri sive sodales intelligi, qui ejus similes exstiterunt. Non absurde etiam aures intelliguntur, quae utique in audientia impinguantur: unde nimia surditas contumacibus generatur, secundum illud: Incrassatum est cor populi hujus. Alia editio: Fecit capitapulum super femora. Videtur mihi iste versiculus sensum hujuscemodi continere, quod in hoc impio increpetur, quia frenum disciplinae, quo ad virtutes retineri poterat, habere noluerit, sed ad quamdam se potius dissolutionem, deposito animi rigore, dejecerit, ut quasi loro laxato ad voluptatem, et luxuriam deduceretur.

Habitavit in civitatibus desolatis, et in domibus desertis, quae in tumulos sunt redactae. Habitationem ergo bestiarum, et avium immundarum spiritus immundos dicit: qui habitant in hominibus, quos Deus deseruit. Hic enim habitat in hominibus derelictis a Deo: et ob hoc sepulcra facti sunt mortuorum. Et si peccata in Scripturis mortui aliquando dicuntur, necessario peccatores, et impii tumuli sunt mortuorum. Igitur in civitatibus, potest generale nomen esse omnium peccatorum in domibus vero speciale uniuscujusque peccatoris, et impii.

Pues ha extendido su mano contra Dios, y se ha fortalecido contra el Omnipotente. En la elevación, o extensión de la mano, muestra a uno que resiste a Dios, y dice que es fuerte también en la contumacia de una mente hinchada.

Corrió contra él con el cuello erguido. Indica la mente abrupta y precipitada del soberbio: porque, poseído por una audacia insana al resistir a Dios, no procedió con pasos lentos.

Y está armado con un cuello grueso. Al nombrar la gordura del cuello, indicó una soberbia sobreabundante y, por así decirlo, excesivamente desbordante. Como dice el profeta, cuando habla de la misma soberbia de los hombres, diciendo: Salió como de la grosura la iniquidad de ellos, una nueva edición dice este testimonio más claramente: Salieron de la gordura sus ojos: es decir, los sentidos o pensamientos de los sumamente soberbios prorrumpieron en blasfemia.

La gordura ha cubierto su rostro. El rostro se entiende generalmente como la misma mente del alma, como dice el Apóstol: Mas nosotros, con el rostro descubierto, contemplamos la gloria del Señor. Este rostro, el diablo o el hombre impío no lo tiene sereno o claro con santidad o humildad, sino cubierto con la espesura de la soberbia, que es de un corazón ciego y obtuso. Otra edición: Cubrió su rostro como en su propia grasa; como si dijera: a saber, la soberbia negra, autora de todos los vicios: no se vistió con la tenue y translúcida virtud de la humildad como con un precioso manto, sino que hizo de sí misma, en cierto modo, una burla y una vestidura oscura, con la que embotara su soberbia con la crasa ceguera de su corazón.

Y de sus costados cuelga la grasa. Sus costados pueden entenderse como sus ministros o compañeros, que han sido semejantes a él. No absurdamente se entienden también los oídos, que ciertamente se engordan al oír: de donde se genera una sordera excesiva en los contumaces, según aquello: Se ha engrosado el corazón de este pueblo. Otra edición: Hizo una cobertura sobre sus muslos. Me parece que este versículo contiene un sentido de este tipo, que en este impío se reprende que no quiso tener el freno de la disciplina, con el que podía ser retenido hacia las virtudes, sino que más bien se arrojó a una cierta disolución, depuesto el rigor de su ánimo, para que, como con la rienda suelta, fuera conducido al placer y a la lujuria.

Ha habitado en ciudades desoladas, y en casas desiertas, que han sido reducidas a montones. Por tanto, llama a los espíritus inmundos la habitación de las bestias y de las aves inmundas: que habitan en los hombres a quienes Dios ha abandonado. Pues este habita en hombres abandonados por Dios: y por esto se han convertido en sepulcros de los muertos. Y si los pecados en las Escrituras a veces son llamados los muertos, necesariamente los pecadores y los impíos son túmulos de los muertos. Por lo tanto, en 'ciudades' puede ser el nombre general de todos los pecadores, pero en 'casas' el especial de cada pecador e impío.

Non ditabitur, nec perseverabit substantia ejus. Substantia hic non rerum divitiae intelligendae sunt, sed peccata: de quibus ait sanctus Spiritus in Apocalypsi Joannis. Cecidit, cecidit Babylon civitas magna, et facta est habitaculum daemoniorum, et custodia omnis spiritus immundi. Quod autem ait, non ditabitur: hoc dixisse mihi videtur, non longum tempus erit, quo vita ejus in divitiis facinorum decrassetur, cum etiam collecta vitiorum ejus substantia non erit permansura.

Nec mittet in terram radicem suam. Id est, quia tamquam arbor evulsa sit moriturus: ideo in terra viventium stabilitatem aeternam sive eorum consortium non habebit: eo quod hic prius spem vel radicem fidei non praemisit: auram etiam salutis, ut sub umbra vivat refrigerii, non habebit.

Non recedet de tenebris. Alii dixerunt, Non effugiet tenebras: id est, poenas aeternas subiit, et tenebras non evadet. Non recedet autem de tenebris: intelligimus de tenebris infidelitatis. Homo hic impius ad lumen poenitentiae venire detrectat.

Ramos ejus arefaciet flamma. In ramis, operum malorum fructus intelligamus, sicut Salomon ait: Fructus impiorum peccata. Hos vero velut ligna, fenum, stipulam gehennae ignis absumet.

Et auferetur spiritu oris sui ab eo. Quia ergo furor contra Deum animus ejus est, quo etiam et blasphemias in eum spirare non desinit: oris sui, ait, judicio condemnatur. Secundum antiquam ergo editionem in stirpe sive fronde, originem vitae impii significari existimo, quam Spiritus Dei sententia judicii, ut incubans ventus percutit: ut velut arbor arefactus impius illico moriatur, et ita omnis flos honoris ejus et gloriae defluat.

Non recedet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit. Hoc igitur ait, putat fortassis diabolus, et homo impius cordis duritia in impietate persistens, quod Deus ei pro suis meritis non retribuat: dum Deus nequaquam ei parcit, et si verbis hoc potentibus atque compositis ut obtineat deprecetur, cum jam secundum Dei justum judicium, sempiternis addictus sit cruciatibus.

Antequam dies ejus impleantur, peribit. Tunc dies uniuscujusque impleri dicitur, cum bonorum hominum ac malorum retributio venerit. Hic ergo homo, sive diabolus, ante perspicuae sententiae diem, quam eis Dominus in judicio daturus est: praesciit in praedestinatione [Al. praescitus peribit: sicut in, etc.].

Et manus ejus arescent. Nullum utique boni operis fructum in se habens.

No se enriquecerá, ni perseverará su sustancia. Sustancia aquí no debe entenderse como las riquezas de las cosas, sino como los pecados: de los cuales dice el Espíritu Santo en el Apocalipsis de Juan. Cayó, cayó Babilonia la gran ciudad, y se ha convertido en habitación de demonios, y en guarida de todo espíritu inmundo. Pero en cuanto a lo que dice, 'no se enriquecerá': esto me parece que ha dicho, que no habrá mucho tiempo en que su vida se engrose en las riquezas de los crímenes, ya que incluso la sustancia acumulada de sus vicios no será duradera.

Ni echará en la tierra su raíz. Es decir, porque ha de morir como un árbol arrancado: por lo tanto, no tendrá estabilidad eterna ni su compañía en la tierra de los vivientes: porque no envió primero aquí la esperanza o la raíz de la fe: ni siquiera tendrá la brisa de la salvación, para que viva bajo la sombra del refrigerio.

No se apartará de las tinieblas. Otros han dicho, 'No escapará de las tinieblas': es decir, ha sufrido castigos eternos, y no evadirá las tinieblas. Pero 'no se apartará de las tinieblas': entendemos esto de las tinieblas de la infidelidad. Este hombre impío se niega a venir a la luz de la penitencia.

La llama secará sus ramas. En las ramas, entendamos los frutos de las malas obras, como dice Salomón: El fruto de los impíos es el pecado. Pero a estos, como madera, heno, paja, el fuego de la Gehena los consumirá.

Y será quitado por el espíritu de su propia boca. Porque, por tanto, su alma es un furor contra Dios, con el cual tampoco cesa de espirar blasfemias contra él: por el juicio de su propia boca, dice, es condenado. Según la edición antigua, por tanto, estimo que en el tronco o en el follaje se significa el origen de la vida del impío, que el Espíritu de Dios con la sentencia del juicio, como un viento que se cierne, golpea: para que el impío, como un árbol seco, muera al instante, y así toda flor de su honor y gloria se desvanezca.

No se apartará, engañado por un vano error, de que ha de ser redimido por algún precio. Esto, por tanto, dice, quizás piensa el diablo, y el hombre impío que persiste en la impiedad con dureza de corazón, que Dios no le retribuirá por sus méritos: mientras que Dios de ninguna manera le perdona, aunque suplique esto con palabras potentes y compuestas para obtenerlo, ya que está, según el justo juicio de Dios, condenado a tormentos sempiternos.

Antes de que se cumplan sus días, perecerá. Entonces se dice que los días de cada uno se cumplen, cuando ha llegado la retribución de los hombres buenos y malos. Este hombre, por tanto, o el diablo, antes del día de la sentencia clara que el Señor les ha de dar en el juicio: ha preconocido en la predestinación [Otra lectura: 'siendo preconocido, perecerá: como en, etc.'].

Y sus manos se secarán. No teniendo en sí, ciertamente, ningún fruto de buena obra.

Laedetur quasi vinea in primo flore botrus ejus, et quasi oliva projiciens florem suum. In botro nulli dubium, quod fructus operis intelligatur praedictus. Igitur florem gaudii temporalis, ad maturitatem fructus perpetui perducere non valebit, eo quod in spe ipsa mendacis gloriae, calido vento superbiae dissipabitur. Sive frigore charitatis Dei, velut a pruina laedetur, sicut eodem sensu in sequentibus arbitror dictum. Et quasi oliva projiciens florem suum. Oliva enim in Scripturis divinis, et vinea, aliquando homo tantum significatur: aliquando populus seu bonus, seu malus. Quod autem dixit, vastabitur, sive evertetur, ita intelligendum, sicut in Apocalypsi habetur: Qui fecerit mandata Domini, non laedetur morte secunda. Vinea ergo, et oliva, plebs Judaeorum potest intelligi. Haec igitur vinea perdet, sive amittet fructum sanctitatis atque justitiae, qui Christum primum florem, et optimum sanctorum omnium in agro legis habere noluit. Ipse enim dicit: Ego flos campi. Sed ut infidelis atque incredula, ne illi fides Christi flagraret, projecit eum a semetipsa: et dum projicit extra vineam, et a se excutit velut florem, ipsa a patriarcharum radice evulsa est, et Christo fructu nostrae salutis excussa.

Congregatio enim hypocritae sterilis. Raptorem, et violentum simulatorem sanctum Job his sermonibus denotat, et dicit quod, et ei non proderunt divitiae ex iniquitate collectae: ita enim adversum Job, et in primo sermone locutus est, ubi etiam leoni et leaenae, leonumque catulo et tigri comparavit. Sed Deo magis credendum est, qui eum laudans non simulatorem effectum dixit, sed innocentem et simplicem praedicavit. Quod autem ait Eliphaz.

Et ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. In sanctum Job cadere non potest. Quia ipse, ut jam dixi, secundum Dei testimonium de seipso ita locutus est: et si in manibus meis adhaesit macula, cum de muneribus loqueretur. Ignem vero nominando, gehennam puto significavit, quia tabernacula, id est, corpora iniquorum sunt consumenda. De hoc igne et Sophar in consequentibus ait: Devorabit eum, id est, impium ignis qui non succenditur.

Concepit dolorem, et peperit iniquitatem, et uterus ejus praeparat dolos. David quoque postmodum de hujusmodi ita dixit: Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, peperit iniquitatem. Dolor ergo est injustitia, et iniquitas. Hoc ergo impius peperit quod conceperat, et tamen uterus cordis ejus dolos praeparare non desinit. Quos tunc edit, quando opera in factum procedunt. In conceptu itaque iniqua cogitatio intelligitur, sicut in partu effectus malae cogitationis agnoscitur.

Será dañado su racimo como una viña en su primera flor, y como un olivo que arroja su flor. En el racimo, no hay duda de que se entiende el predicho fruto de la obra. Por lo tanto, no podrá llevar la flor de la alegría temporal a la madurez del fruto perpetuo, porque en la misma esperanza de la gloria mendaz, será disipada por el cálido viento de la soberbia. O por la frialdad de la caridad de Dios, será dañado como por una escarcha, como creo que se dice en el mismo sentido en los pasajes siguientes. Y como un olivo que arroja su flor. Pues el olivo en las divinas Escrituras, y la viña, a veces significa solo un hombre: a veces un pueblo, ya sea bueno o malo. Pero lo que dijo, 'será devastado', o 'trastornado', debe entenderse así, como se tiene en el Apocalipsis: Quien cumpla los mandamientos del Señor, no será dañado por la segunda muerte. Por lo tanto, la viña y el olivo pueden entenderse como el pueblo judío. Esta viña, por tanto, perderá o malgastará el fruto de la santidad y de la justicia, que no quiso tener a Cristo, la primera flor y el mejor de todos los santos, en el campo de la ley. Pues él mismo dice: Yo soy la flor del campo. Pero como infiel e incrédula, para que no ardiera en ella la fe de Cristo, lo arrojó de sí misma: y mientras lo arroja fuera de la viña, y lo sacude de sí como una flor, ella misma fue arrancada de la raíz de los patriarcas, y sacudida de Cristo, el fruto de nuestra salvación.

Pues la congregación del hipócrita es estéril. Denota al santo Job con estas palabras como un raptor y un simulador violento, y dice que no le aprovecharán las riquezas acumuladas con iniquidad: pues así habló contra Job también en el primer discurso, donde incluso lo comparó con un león y una leona, y con el cachorro de león y un tigre. Pero más bien hay que creer a Dios, quien, alabándolo, no dijo que se hubiera hecho un simulador, sino que lo proclamó inocente y sencillo. Pero en cuanto a lo que dice Elifaz.

Y el fuego devorará los tabernáculos de aquellos que gustan de recibir regalos. Esto no puede aplicarse al santo Job. Porque él mismo, como ya he dicho, según el testimonio de Dios, habló así de sí mismo: 'y si en mis manos se ha adherido mancha alguna', cuando hablaba de regalos. Pero al nombrar el fuego, creo que significó la Gehena, porque los tabernáculos, es decir, los cuerpos de los inicuos, han de ser consumidos. De este fuego también Zofar dice en los pasajes siguientes: 'Lo devorará', es decir, al impío, 'un fuego no encendido'.

Concibió dolor, y parió iniquidad, y su vientre prepara engaños. David también después dijo así de uno de esta clase: He aquí que ha estado de parto con la injusticia, concibió dolor, parió iniquidad. El dolor, por tanto, es injusticia e iniquidad. Esto, por tanto, el impío parió lo que había concebido, y sin embargo el útero de su corazón no cesa de preparar engaños. Los cuales entonces da a luz, cuando las obras proceden al hecho. En la concepción, por tanto, se entiende un pensamiento inicuo, así como en el parto se reconoce el efecto del mal pensamiento.

Adversum Job haec universa Eliphaz locutus est; sed jam superius diximus, quod subministratione prophetiae per personam Job, diabolo vel cuilibet homini impio dicta haec videri possunt, sicut et alia quae amici ejus locuti sunt.

CAPUT XVI.

Respondens autem Job, dixit: Audivi frequenter talia Consolatores onerosi omnes vos estis. Numquid habebunt finem verba ventosa, aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Poteram et ego similia vestri loqui. Atque utinam esset anima vestra pro anima mea! Si vos, inquit, haec quae sustineo pateremini: non ita circa vos agerem, ut vos erga me agere non cessatis.

Consolarer et ego vos sermonibus, et moverem caput meum super vos. Roborarem vos ore meo, et moverem labia mea, quasi parcens vobis. Blandimento utique sermonum meorum vos potius cohortarer: mentes etiam vestras tribulationibus acerbis exasperatas, ne in lapsum blasphemiae caderent, levi sermone et placido sustinerem.

Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus, et si tacuero, non recedet a me. Id est, sive loquar ista nunc vobis, sive etiam taceam: hoc solum me nosse confiteor, quod incessabili dolore discrucior.

Nunc autem oppressit me dolor meus, et in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Hoc etiam de Christo intelligendum est.

Rugae meae testimonium dicunt contra me. Contractio cutis quam, exsiccante eadem sanie, patior, quodammodo manifestatione sui dat adversum me testimonium, et quasi loquitur, quantos dolores sive cruciatus sustineam.

Et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam, contradicens mihi. Collegit furorem suum in me. Hic aut ipsum Eliphaz falsiloquum dicit, quia exprobrat sancto Job, quod haec ob peccatorum merita sustineret, aut diabolum, qui eum dixerat peccatorem. Aliter, falsiloquus, Judas vel populus Judaeorum intelligendi sunt, qui contra Christum falsum dederunt testimonium.

Et comminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Ore amicorum contra sanctum Job disputantium, diabolus minabatur: sive Judaei infremuerunt contra Salvatorem. Alia editio: Sagittae piratarum super me ceciderunt. Piratae isti diaboli sunt ministri, sive homines, sive daemones: qui tunc piratae in Scripturis vocantur, quando saeculum istud mare appellatur. Sagittae vero dolores vel cruciatus intelligendi, quos patiebatur, ut ab eis transfossus blasphemia moreretur. Et ita demum aurum atque argentum sapientiae ejus, et scientiae, vestes quoque pretiosas virtutum, spei atque fidei in Deum, auferent ab eo, et grandi pretio comparata monilia.

Elifaz habló todas estas cosas contra Job; pero ya hemos dicho más arriba que, por la ministración de la profecía a través de la persona de Job, estas cosas pueden ser vistas como dichas al diablo o a cualquier hombre impío, así como las otras cosas que sus amigos hablaron.

CAPÍTULO XVI.

Respondiendo Job, dijo: He oído con frecuencia tales cosas. Sois todos vosotros consoladores onerosos. ¿Acaso tendrán fin las palabras ventosas, o te es molesto hablar? También yo podría decir cosas semejantes a las vuestras. ¡Y ojalá vuestra alma estuviera en lugar de la mía! Si vosotros, dice, padecierais esto que yo soporto, no actuaría yo con vosotros como no cesáis de actuar conmigo.

También yo os consolaría con discursos, y movería mi cabeza sobre vosotros. Os fortalecería con mi boca, y movería mis labios, como perdonándoos. Ciertamente, os exhortaría más bien con el halago de mis palabras: también vuestras mentes, exasperadas por amargas tribulaciones, para que no cayeran en el desliz de la blasfemia, las sostendría con un discurso ligero y plácido.

¿Pero qué haré? Si hablo, no cesará mi dolor, y si callo, no se apartará de mí. Es decir, ya sea que os diga esto ahora, o que calle: esto solo confieso saber, que soy atormentado por un dolor incesante.

Pero ahora mi dolor me ha oprimido, y todos mis miembros han sido reducidos a la nada. Esto también debe entenderse de Cristo.

Mis arrugas dan testimonio contra mí. La contracción de la piel que padezco, al secarse esa misma supuración, en cierto modo por su manifestación da testimonio contra mí, y como si hablara, de cuántos dolores o tormentos soporto.

Y se levanta un falso hablador contra mi rostro, contradiciéndome. Ha reunido su furor contra mí. Aquí llama falso hablador o al mismo Elifaz, porque reprocha al santo Job que soportaba estas cosas por el mérito de sus pecados, o al diablo, que lo había llamado pecador. De otro modo, por falso hablador deben entenderse Judas o el pueblo de los judíos, que dieron falso testimonio contra Cristo.

Y amenazándome, rechinó sus dientes contra mí. Por la boca de los amigos que disputaban contra el santo Job, el diablo amenazaba; o los judíos rechinaron los dientes contra el Salvador. Otra edición: Las saetas de los piratas cayeron sobre mí. Estos piratas son ministros del diablo, ya sean hombres o demonios: los cuales son llamados piratas en las Escrituras cuando este siglo es llamado mar. Las saetas, en cambio, deben entenderse como los dolores o tormentos que padecía, para que, traspasado por ellos, muriera en blasfemia. Y así finalmente le quitarían el oro y la plata de su sabiduría y ciencia, también las preciosas vestiduras de las virtudes, de la esperanza y de la fe en Dios, y las joyas compradas a gran precio.

Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. In oculis terribilibus animum sauciantis in se describit invisibilis inimici, qui sive per visiones nocturnas, sive per amicorum vultum terribilem, minas intenderet: sicque dum Job amici ejus sancto nefanda responderunt, nutibusque etiam cum irrisione deterrent, de Christo intelligendum.

Aperuerunt super me ora sua, et exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt poenis meis. Igitur in maxilla, generis est nobilitas, sive honor quidam manifestus. Et sicut alii dixerunt, acriter est percussus in genis, intantum ut ab honore, et nobilitate, et divitiis fieret alienus, quando maxillam fidei suae collidendam diabolo fortiter praebuit, quam ille perturbare caedendo conatus est, quasi quamdam januam divinae confessionis effringens, sive cum falsum testimonium contra Christum dixerunt, sive illud, Crucifige eum.

Conclusit me Deus apud iniquum, et manibus impiorum me tradidit. Id est, diabolo et angelis ejus. Sive de Christo intelligendum, quando traditus est in manibus Judaeorum.

Ego ille quondam opulentus repente contritus sum. Tenuit cervicem meam, confregit me, et posuit me sibi quasi in signum. Id est, de divite factus pauper: vel Christus, de Deo homo natus.

Circumdedit me lanceis suis: convulneravit lumbos meos. Non pepercit, et effudit in terra viscera mea. Lanceae hoc loco nominatae, dolorum compunctiones, quas Job patiebatur, significanter intelliguntur: sive de Christo blasphemiae, quas passus est a Judaeis, intelligendae sunt. Job vero non solum deforis toto corpore computruerat, verum etiam putoris sanie liquescebat: ita ut ipse Job diceret, halitum meum exhorruit uxor mea. Omnia circa lumbos ejus putruerunt. Sive de Christo intelligendum, convulneravit lumbos meos. Quia Judaei usque ad hoc persecuti sunt apostolos, qui quasi de lumbis doctrinae suae nati fuerant: ut eos vulnere infidelitatis Christum negando sauciarent: dum Petrus dicit, nescio hominem. Et tenuit cervicem meam, sive ut alii dixerunt, tenens comam meam divellit. Proinde nunc intelligamus quo furore diabolus ac virtute istum virum commoverit atque concusserit, sive confregerit, ut etiam comam capillorum ejus simul apprehensam, sit conatus evellere. Sive de Christo ita intelligendum: tempore passionis ex suo permissu tenuit adversarius, et usque ad mortis dormitationem inclinavit, quem jam verberibus, et affixione clavorum confregerat, et signum salutis in contrariam partem posuerunt.

Mi enemigo me ha mirado con ojos terribles. En los ojos terribles describe el ánimo del enemigo invisible que lo hería, el cual, ya sea por visiones nocturnas, ya sea por el rostro terrible de sus amigos, dirigía amenazas: y así, mientras sus amigos respondieron con cosas nefandas al santo Job, y también lo disuadieron con gestos e irrisión, debe entenderse de Cristo.

Abrieron sobre mí sus bocas, y reprochándome golpearon mi mejilla, se saciaron con mis penas. Por tanto, en la mandíbula está la nobleza de linaje, o un cierto honor manifiesto. Y como otros han dicho, fue golpeado duramente en las mejillas, hasta tal punto que se hizo ajeno al honor, a la nobleza y a las riquezas, cuando valientemente ofreció la mandíbula de su fe para ser golpeada por el diablo, la cual este intentó perturbar golpeándola, como si derribara una cierta puerta de la confesión divina; o cuando dieron falso testimonio contra Cristo, o aquello de "Crucifícalo".

Dios me ha encerrado con el inicuo, y me ha entregado en manos de los impíos. Es decir, al diablo y a sus ángeles. O debe entenderse de Cristo, cuando fue entregado en manos de los judíos.

Yo, aquel que en otro tiempo fue opulento, de repente he sido quebrantado. Me ha agarrado por el cuello, me ha quebrantado y me ha puesto para sí como un blanco. Es decir, de rico hecho pobre: o Cristo, de Dios nacido hombre.

Me ha rodeado con sus lanzas: ha herido mis lomos. No perdonó, y derramó en la tierra mis entrañas. Las lanzas nombradas en este lugar se entienden significativamente como las punzadas de dolor que Job padecía: o deben entenderse las blasfemias que Cristo sufrió de los judíos. Pues Job no solo se había podrido por fuera en todo su cuerpo, sino que también se deshacía en una supuración fétida: de modo que el mismo Job dijo, mi aliento lo aborreció mi mujer. Todo alrededor de sus lomos se había podrido. O debe entenderse de Cristo, "ha herido mis lomos". Porque los judíos persiguieron hasta tal punto a los apóstoles, que habían nacido como de los lomos de su doctrina: para herirlos con la herida de la infidelidad negando a Cristo: como cuando Pedro dice, "no conozco a ese hombre". Y "me ha agarrado por el cuello", o como otros han dicho, "agarrando mi cabellera, la arrancó". Por tanto, entendamos ahora con qué furor y poder el diablo movió y sacudió, o quebrantó, a este varón, que hasta intentó arrancarle la cabellera, asiéndola toda junta. O debe entenderse así de Cristo: en el tiempo de su pasión, el adversario lo sujetó con su propio permiso, y lo inclinó hasta el adormecimiento de la muerte, a quien ya había quebrantado con azotes y la fijación de los clavos, y pusieron el signo de la salvación en la dirección contraria.

Conscidit me vulnere super vulnus: irruit in me quasi gigas. Dum languoribus meis atque vulneribus adduntur plagae innumerabiles, dividor totus resolutus atque comminuor, ita ut nullum in me membrorum residuum sit, quod aliqua soliditate subsistat. De Christo etiam sic intelligendum: Cum Judas lethali apostasiae vulnere peremptus est, non pepercit: in tanta namque saevitia debacchatus est, ut scelus quod mente conceperat, etiam ore publicaret: vel super vulnera crucis clavorum vulnera addiderunt.

Saccum consui super cutem meam, et operui cinere carnem meam. Quod similiter dictum, ad humiliationem regni ejus pertinere mihi videtur. Cornu autem, regnum in Scripturis vocatur: juxta illud, Exaltabit cornu Christi sui. Christus vero ipsam gentem de qua oriundus erat, saccum appellavit. Cinere vero operuit principes Judaeorum, cum ab eis regnum pro negationis sacrilegio transtulit ad gentes.

Facies mea intumuit a fletu, et palpebrae meae caligaverunt. Fletus sive lacrymae in homine de doloribus, sive de tristitia generantur; sed lacrymae aliquando per genas cum silentio defluunt: fletus vero cum habeant lacrymas, non sine voce, et commotione corporis dantur: quem fletum Job se habuisse testatur, qui ei de aerumnis animae, poenarum quoque cruciatibus nascebatur. Item aliter: Prophetae, facies Dei intelliguntur eo quod sciant futura: qui cum perditionem impiorum contemplarentur in spiritu, gemitibus continuis eos flevisse intelligamus. Oculi etiam caligaverunt Christi, dum martyres sive sancti in tentationibus titubantes conturbati sunt: sed gratia Dei liberati in lumine permanserunt.

Haec passus sum absque iniquitate manus meae, cum haberem mundas ad Deum preces. Nullus sanctorum ita mundas atque immaculatas, absque omni vel minima labe cogitationis preces ad Deum habet, ut mediator Dei, et hominum homo Jesus Christus, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus. Quas utique preces atque orationes secundum hominem, quem assumpsit, ad Deum habere credendum est: cum secundum divinitatem suam cum Patre ipse exaudiat. Sive sancti, qui pro nomine ejus passi sunt sine iniquitate rebellionis vel criminis alicujus a persecutoribus occisi: quantum ad illos persecutores, gratis morti traditi sunt.

Terra, ne operias sanguinem meum, neque inveniat in te locum latendi clamor meus. Totum hoc est quod dicit, ne innocentis, et bene sibi conscii meritum lateat: praesertim cum insontem se mala tanta passum referat. Sanguinis vero nomine, vitae istius praesentis statum dicere voluit. Hoc autem loco clamorem positum, ipsam sanctitatem ejus contra poenas illius reclamantem: quae iniquis merito inferuntur ad vindictam, justis autem ad probationem.

Me ha desgarrado con herida sobre herida: se ha lanzado sobre mí como un gigante. Mientras a mis dolencias y heridas se añaden innumerables plagas, soy totalmente dividido, deshecho y quebrantado, de modo que no queda en mí ningún resto de mis miembros que subsista con alguna solidez. También de Cristo debe entenderse así: Cuando Judas fue aniquilado por la herida letal de la apostasía, no perdonó: pues se enfureció con tan gran saña que el crimen que había concebido en su mente, también lo publicó con su boca: o, sobre las heridas de la cruz añadieron las heridas de los clavos.

He cosido un saco sobre mi piel, y he cubierto mi carne con ceniza. Lo cual, dicho de manera similar, me parece que pertenece a la humillación de su reino. Pero el cuerno es llamado reino en las Escrituras: según aquello, "Exaltará el cuerno de su Cristo". Pero Cristo llamó saco a la misma gente de la que era oriundo. Y cubrió con ceniza a los príncipes de los judíos, cuando les quitó el reino por el sacrilegio de su negación y lo transfirió a los gentiles.

Mi rostro se ha hinchado por el llanto, y mis párpados se han oscurecido. El llanto o las lágrimas en el hombre se generan de los dolores o de la tristeza; pero las lágrimas a veces fluyen por las mejillas en silencio: el llanto, en cambio, aunque tenga lágrimas, no se da sin voz y conmoción del cuerpo: llanto que Job testifica haber tenido, el cual le nacía de las tribulaciones del alma y también de los tormentos de sus penas. Igualmente, de otro modo: Los profetas se entienden como el rostro de Dios porque conocen las cosas futuras: los cuales, al contemplar en espíritu la perdición de los impíos, entendamos que los lloraron con gemidos continuos. También los ojos de Cristo se oscurecieron, mientras los mártires o los santos, vacilando en las tentaciones, se turbaron: pero liberados por la gracia de Dios, permanecieron en la luz.

He padecido estas cosas sin iniquidad de mi mano, teniendo oraciones puras hacia Dios. Ninguno de los santos tiene oraciones a Dios tan puras e inmaculadas, sin ninguna, ni la más mínima, mancha de pensamiento, como el mediador de Dios y de los hombres, el hombre Jesucristo, que no cometió pecado, ni se halló engaño en su boca. Se ha de creer que tenía estas preces y oraciones a Dios según el hombre que asumió: puesto que según su divinidad él mismo escucha junto con el Padre. O los santos, que padecieron por su nombre, asesinados por los perseguidores sin iniquidad de rebelión o de crimen alguno: en lo que respecta a aquellos perseguidores, fueron entregados a la muerte gratuitamente.

Tierra, no cubras mi sangre, ni encuentre en ti mi clamor lugar para esconderse. Todo esto es lo que dice, para que no se oculte el mérito del inocente y de buena conciencia: especialmente cuando refiere que él, siendo inocente, ha padecido tan grandes males. Con el nombre de sangre, quiso referirse al estado de esta vida presente. Pero en este lugar, el clamor puesto es su misma santidad reclamando contra aquellos castigos: que con razón se infligen a los inicuos para venganza, pero a los justos para prueba.

Aliquando etiam in Scripturis clamor affectus animi intentus ad Deum ostenditur, vel etiam clamor iniquitatis populi, qui exspectabatur ut faceret uvas, et fecit spinas. Nec omnis iniquitas clamor dicitur, sed illa quae publice fit.

Ecce enim in coelo testis meus, et conscius meus in excelsis. Quia Deus de eo testimonium perhibuit.

Verbosi amici mei. Qui verba non ad Deum pertinentia loquitur, verbosus vocatur: qui vero verba Dei loquitur, verbosus non potest judicari.

Ad Deum stillat oculus meus. Cum lacrymis interpellat Deum.

Atque utinam sic judicaretur vir cum Deo: quomodo judicatur filius hominis cum collega suo. Hoc dicit: Utinam mihi esset copia cum homine disputandi, ut me innocentem probare possem. Deum autem meum nolo intrare mecum in judicium, qui et scrutans corda, et renes Deus est: cujus judicium falli omnino non potest: neque ipse consuevit discuti a quoquam.

Ecce enim breves anni transeunt, et semitam per quam non revertar, ambulo. Ita credebat, quod nec ad mortale corpus suum, nec ad tormenta corporis sui esset iterum reversurus.

CAPUT XVII.

Spiritus meus attenuabitur, et dies mei breviabuntur. Hoc dicit, quod in brevitate vitae suae, spiritus ejus sensim attenuatus defecerit.

Et solum mihi superest sepulcrum. Quia mors est finis omnium tormentorum.

Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Verum est, quod Deo placitus non peccavi. Et licet possit hic locus ita intelligi, quod in Deo quidem non peccaverit, et tamen quasi in ipso peccaverit, poenas blasphemantium patiatur. Et forte quoniam a Deo in praesenti laudatur, non peccaverat: sed in praeteritis adolescentiae temporibus peccasse non negat.

Libera me, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Sub scuto igitur protectionis Dei latere optat: quo munitus atque defensus, saevientem hostem non timeat.

Cor eorum longe fecisti a disciplina: propterea non exaltabuntur. Quia ad Deum haec loquitur Job: de diabolo utique, et satellitibus ejus praecesserunt peccata: quippe pro quibus poenam obdurationis acceperunt. Causa igitur de quibus loquimur, qua elongati sunt, ut non apprehenderent disciplinam, quia exaltationem bonae naturae suae debitam, voluntate propria perdiderunt.

A veces también en las Escrituras se muestra el clamor como un afecto del alma dirigido a Dios, o también el clamor de la iniquidad del pueblo, del que se esperaba que diera uvas, y dio espinas. Y no toda iniquidad se llama clamor, sino aquella que se hace públicamente.

Pues he aquí que en el cielo está mi testigo, y mi conocedor en las alturas. Porque Dios dio testimonio de él.

Mis amigos son verbosos. Quien habla palabras que no pertenecen a Dios es llamado verboso: pero quien habla las palabras de Dios no puede ser juzgado verboso.

Mi ojo gotea hacia Dios. Interpela a Dios con lágrimas.

Y ojalá así fuera juzgado el hombre con Dios, como es juzgado el hijo del hombre con su compañero. Esto dice: Ojalá tuviera la oportunidad de disputar con un hombre, para poder probar mi inocencia. Pero no quiero que mi Dios entre en juicio conmigo, quien es Dios que escudriña los corazones y los riñones: cuyo juicio de ninguna manera puede ser engañado: ni él acostumbra a ser discutido por nadie.

Pues he aquí que pasan breves años, y ando por una senda por la que no volveré. Así creía, que no volvería de nuevo ni a su cuerpo mortal, ni a los tormentos de su cuerpo.

CAPÍTULO XVII.

Mi espíritu se atenuará, y mis días se acortarán. Esto dice, que en la brevedad de su vida, su espíritu, gradualmente atenuado, ha desfallecido.

Y solo me queda el sepulcro. Porque la muerte es el fin de todos los tormentos.

No he pecado, y en amarguras mora mi ojo. Es verdad que, siendo grato a Dios, no he pecado. Y aunque este pasaje puede entenderse de tal modo que, si bien no pecó contra Dios, sin embargo, como si en Él hubiera pecado, padece las penas de los blasfemos. Y quizás porque es alabado por Dios en el presente, no había pecado; pero no niega haber pecado en los tiempos pasados de su adolescencia.

Libérame, y ponme junto a ti, y que la mano de cualquiera luche contra mí. Desea, por tanto, esconderse bajo el escudo de la protección de Dios, para que, fortalecido y defendido por él, no tema al enemigo enfurecido.

Has alejado su corazón de la disciplina; por eso no serán exaltados. Porque Job dice estas cosas a Dios: del diablo ciertamente, y de sus satélites, procedieron los pecados, por los cuales, en efecto, recibieron la pena de la obduración. La causa, por tanto, de la que hablamos, por la cual fueron alejados para que no comprendieran la disciplina, es que perdieron por su propia voluntad la exaltación debida a su buena naturaleza.

Praedam pollicetur sociis, et oculi filiorum ejus deficient. Posuit me quasi in proverbium vulgi, et exemplum sum coram eis. Socii sive filii diaboli, iidem sunt ministri ejus: sed socii dicuntur propter contubernium conspirationis adversus Deum. Filii propter imitationem ipsius diaboli. His igitur daemonibus beatum Job in praedam dandum, pater eorum, et rebellionis caput diabolus promittebat, dum eum per tantos dolores ad blasphemiam impellendum, et a Deo ob hoc relinquendum esse credebat: sive quando eum omni gloria domus, et filiorum spoliavit.

Caligavit ad indignationem oculus meus, et membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Juxta illud Evangelii: Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Hunc igitur oculum Job sibi caligasse conqueritur illa indignatione, qua ipsum sanctitatis suae merita conservabant: eo quod bona conscientia, poenas pateretur indebitas.

Ut tinea consumit, et demolitur habitaculum suum: ita et diabolus domum perditi populi sui in interitum ejus aedificat: qui habitationem sibi temporariam, et paulatim solubilem praeparavit, possessurus aeterna supplicia. Hic est ergo ille impius hypocrita qui avare rapit. In non convertente nulla spes veniae erit, cum etiam super haec, quadam avaritia saeviente rapiat homines ad interitum. Qui idcirco hypocrita dicitur: quia se transfigurat in angelum lucis: cujus etiam clamorem serae deprecationis non est Dominus auditurus: cum intra poenarum angustias fuerit coarctatus. In Deo quoque non erit ei de bono conscientiae aliqua delectationis fiducia: sed nec in laudem confessionis eum poterit provocare, qui in similitudinem innumerabilium filiorum suorum divina sententia Dei gladio ferietur. Nepotes etiam, in quibus illi intelliguntur qui ab illis seducuntur quos prius diabolus ipse deceperat: nepotes, inquam, ejus non saturabuntur pane visionis Dei, utique famem inopiamque passuri. Quia omnes sancti contemplantes Deum, reficiendi ab eo sunt, et pascendi: quo nunc angeli saturantur. Reliquias quoque diaboli, extremam generationem ejus intelligere possumus, quae similiter, ut ipse diabolus, et filii ac nepotes ejus, cum toto corpore populi sui in interitum sepelientur. Illae quoque viduae, id est, animae quas vitiis suis, et illecebris voluptatum diabolus enervaverat, mollesque reddiderat, ut omnem fortitudinem, et virilitatem amitterent: nulla correctione ac satisfactione deflebunt, ut saltem aliquando resipiscant ad Deum, quem tamquam virum amiserant, vitiis velut adulteris cohaerendo.

Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, et nihil inveniet. Multis modis dives intelligitur in Scripturis divinis. Est dives facultatibus terrenis: sed si confidit in ipsis divitiis, cadet. Hic ergo dives cum in somno mortis fuerit, nihil de suis facultatibus secum feret: quoniam nudus venit nascendo: nudus revertitur in terram moriendo. Hic in resurrectione aperiet oculos suos, et nullum meritum boni operis inveniet. Judaeorum quoque populus, propter innumerabilia divina beneficia: prophetarum quoque oracula, sive promissiones plurimas, et Dei ipsius frequens alloquium, dives est dictus. Unde eisdem Judaeis ait Dominus in Evangelio: Vae vobis divitibus. Superbi quoque non habentes spiritus paupertatem, divites appellantur. Philosophi etiam, habentes facundiam, et scientiam mundialem, divites nuncupantur. Hi cum in die resurrectionis fuerint suscitati, nihil remedii quo salventur invenient.

Este es, pues, aquel hipócrita impío que arrebata con avaricia. En el que no se convierte no habrá esperanza de perdón, ya que, además de esto, con una cierta avaricia furiosa, arrebata a los hombres a la perdición. Por eso se le llama hipócrita: porque se transfigura en ángel de luz; cuyo clamor de súplica tardía no ha de oír el Señor, cuando esté constreñido entre las angustias de las penas. En Dios tampoco habrá para él confianza alguna de deleite por una buena conciencia; ni podrá provocarlo a la alabanza de la confesión, quien, a semejanza de sus innumerables hijos, será herido por la sentencia divina con la espada de Dios. También sus nietos, en quienes se entienden aquellos que son seducidos por aquellos a quienes el diablo mismo había engañado primero; sus nietos, digo, no se saciarán con el pan de la visión de Dios, ciertamente para padecer hambre e indigencia. Porque todos los santos, contemplando a Dios, han de ser recreados y alimentados por él, con lo que ahora se sacian los ángeles. Las reliquias del diablo, podemos entender como su última generación, que de manera similar, como el mismo diablo, y sus hijos y nietos, con todo el cuerpo de su pueblo, serán sepultados en la perdición. Aquellas viudas también, es decir, las almas que el diablo había enervado con sus vicios y las seducciones de los placeres, y había vuelto blandas, de modo que perdieron toda fortaleza y virilidad, no llorarán con ninguna corrección y satisfacción, para que al menos alguna vez vuelvan en sí hacia Dios, a quien habían perdido como a un esposo, adhiriéndose a los vicios como a adúlteros. Cuando el rico duerma, nada se llevará consigo; abrirá sus ojos y nada encontrará.

De muchos modos se entiende al rico en las divinas Escrituras. Está el rico en bienes terrenales; pero si confía en esas riquezas, caerá. Este rico, pues, cuando esté en el sueño de la muerte, nada de sus bienes se llevará consigo; porque desnudo vino al nacer, desnudo vuelve a la tierra al morir. En la resurrección, abrirá sus ojos y no encontrará ningún mérito de buena obra. También el pueblo de los judíos, por los innumerables beneficios divinos, los oráculos de los profetas, o las muchísimas promesas, y el frecuente coloquio de Dios mismo, es llamado rico. De donde el Señor dice a los mismos judíos en el Evangelio: ¡Ay de vosotros, los ricos! También los soberbios, que no tienen pobreza de espíritu, son llamados ricos. También los filósofos, que tienen elocuencia y ciencia mundana, son llamados ricos. Cuando estos sean resucitados en el día de la resurrección, no encontrarán remedio alguno por el que puedan salvarse. También cualquier hereje puede ser llamado rico; porque presume tener muchas, más bien todas, las remuneraciones de la santa Iglesia: la remisión de los pecados, la significación del espíritu, la prenda del cuerpo del Señor, y la herencia del reino celestial con los santos ángeles.

Haereticus etiam quisque dives dici potest: quoniam multa immo omnia de sanctae Ecclesiae remunerationibus se habere praesumit: remissionem peccatorum, significationem spiritus, pignus etiam Dominici corporis, et haereditatem cum sanctis angelis regni coelestis. Hi ergo omnes sive quia crucis scandalum patiuntur, sive praesumptione cordis sui, ut in errore ambulent, veritatis tramitem reliquerunt. Sive quia obscuratum habentes intellectum, proprium liberae voluntatis arbitrium: in infidelitate perdurant. Vel quia abominabiles facti sunt: exaltantes cor suum post somnium mortis, in resurrectione aperient oculos suos, et nihil invenient.

Apprehendet eum quasi aquae inopia: nocte opprimet eum tempestas. Subitam egestatem praedictis divitibus, velut aquam superventuram significat, qui miseria, et inopinata sibi angustia, quae tempestatis nomine dicta est, nocte, id est, repente dum nesciunt opprimentur: juxta illud Apostoli: Cum dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus.

Tollet eum ventus urens, et auferet, et velut turbo rapiet eum de loco suo. Venti nomine, sententiam dixit, qua velut pulvis quisque eorum projicietur a facie terrae. Et ventus hic divinae sententiae urens dicitur, eo quod ad gehennae uredinem ducit, sive compellit.

Emittet super eum, et non parcet. Ventus utique sententiae Dei, sive ipse Deus per sententiam justitiae suae, mittet super eum poenas: id est, meritum facinorum suorum suscipiet. Non enim parcet, cum reddet ei secundum opera sua.

De manu ejus fugiens fugiet. Et non tenebitur, inquit, manu Dei ut salvetur, de qua velut fugae modo, veloci lapsu in ruina decidet. Quod autem ait, fugiens fugiet, sive ut alii dixerunt, fuga fugiet: pereuntem in perpetuum peccatorem significat, quia numquam sit revocandus ad vitam, et illic ei poenitentiae locus non erit.

Stringet super eum manus suas, et sibilabit super illum, intuens locum ejus. Alii dixerunt, Planget super eum manibus suis, et trahet eum de loco suo. Nutibus quibusdam corporum humanorum, censuram indignantis Dei, et contra peccatorem divitem irascentis, hoc sermone describit: ubi et jam quasi sibilans indicet quam atrox illi poenarum locus reservetur.

CAPUT XXVIII.

Habet argentum venarum suarum principia, et auro locus est, in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur, et lapis, solutus calore, in aes vertitur. Videtur mihi quod per aenigma et parabolam, sub horum nominibus metallorum, mores hominum, et virtutes animorum describat, minime ordinis observantiam, prophetarum more, custodiens. Argenti vero, et auri vocabulum, secundum auctoritatem Scripturarum, verbi eloquium et sensus animi indicare voluit. Haec disserentes nos ita dicamus: Habet argentum venarum suarum principia, et auro locus est in quo conflatur.

Todos estos, por tanto, o porque padecen el escándalo de la cruz, o por la presunción de su propio corazón, para que anden en el error, han abandonado el camino de la verdad. O porque, teniendo el entendimiento oscurecido, su propio juicio de libre albedrío, perseveran en la infidelidad. O porque se han hecho abominables, exaltando su corazón; después del sueño de la muerte, en la resurrección abrirán sus ojos, y nada encontrarán. La indigencia lo sorprenderá como el agua; de noche lo oprimirá la tempestad.

Significa que una súbita pobreza vendrá sobre los mencionados ricos como el agua, quienes por la miseria y una angustia inesperada para ellos, que se llama con el nombre de tempestad, serán oprimidos de noche, es decir, de repente cuando no lo sepan; según aquello del Apóstol: Cuando digan: paz y seguridad, entonces les sobrevendrá una repentina perdición. Lo arrebatará un viento abrasador, y se lo llevará, y como un torbellino lo arrebatará de su lugar.

Con el nombre de viento, dijo la sentencia, por la cual cada uno de ellos será arrojado como polvo de la faz de la tierra. Y este viento de la sentencia divina se llama abrasador, porque conduce o compele a la quemazón del infierno. Lanzará sobre él, y no perdonará.

El viento de la sentencia de Dios, o Dios mismo por la sentencia de su justicia, enviará sobre él castigos; es decir, recibirá el merecimiento de sus crímenes. Pues no perdonará, cuando le dé según sus obras. De su mano, huyendo huirá.

Y no será sostenido, dice, por la mano de Dios para ser salvado, de la cual, como en una huida, caerá en la ruina con un rápido deslizamiento. Pero lo que dice, huyendo huirá, o como otros dijeron, huirá con huida, significa que el pecador perece para siempre, porque nunca ha de ser llamado de nuevo a la vida, y no habrá lugar para la penitencia para él allí. Batirá palmas sobre él, y silbará sobre él, mirando su lugar.

Otros dijeron: Llorará sobre él con sus manos, y lo arrastrará de su lugar. Con ciertos gestos corporales humanos, describe en este discurso la censura de un Dios indignado, y enojado contra el pecador rico; donde, ya como silbando, indica qué lugar atroz de castigos se le reserva. A tal lugar también fue Judas Iscariote.

CAPÍTULO XXVIII.

La plata tiene el origen de sus vetas, y para el oro hay un lugar en que se refina. El hierro se saca de la tierra, y la piedra, disuelta por el calor, se convierte en bronce. Me parece que, por medio de un enigma y una parábola, bajo los nombres de estos metales, describe las costumbres de los hombres y las virtudes de las almas, sin guardar en absoluto la observancia del orden, a la manera de los profetas. En verdad, con los términos plata y oro, según la autoridad de las Escrituras, quiso indicar la elocuencia de la palabra y el entendimiento del alma. Discutiendo estas cosas, digamos así: La plata tiene el origen de sus vetas, y para el oro hay un lugar en que se refina.

Venae argenti: id est, initium eloquii ab animae sensibus oritur: sensus vero aureus, rationis ac sapientiae judicio fabricatur, et ut sit optimus, ab igne divinae examinationis probatione conflatur. Fortitudo vero, quae ferri nomine appellatur, est qua terram, id est, carnis nostrae malitiam in nobis tollimus: adversum eam contra nos militantem, et contra legem spiritus conversantem, rigore animi, et virtute repugnemus. Lapidis quoque nomine cordis figuratur durities, quae per calorem et fervorem fidei resoluta mollescit: ut primum possit in se verba scribentis recipere. Deinde velut in aes quod canorum est, merito sanctitatis proficiens, ad laudes et gratias Deo offerendas, fidei soliditate perveniet.

Tempus posuit tenebris, et universorum finem ipse considerat. In Scripturis divinis, peccatores homines, daemones et ignorantiae atque tribulationes, sive peccata, pro modo, et locis tenebrae nuncupantur.

Lapidem quoque caliginis, et umbram mortis. Hunc lapidem metaphorice diabolum hoc loco intelligere possumus: qui propter errores suos quibus totum mundum involverat, lapis caliginis dictus est. Qui cum fortis et potens sit, per naturam qua est a Deo conditus: confidens per superbiam in virtute sua, et non in Domino, et Deo creatore suo, amiserit sapientiae lumen, conversus in stultitiam et tenebras, et idcirco lapis caliginis dici potuit: secundum illud, Stultus in tenebris ambulat. Sicut ergo lapis caliginis diabolus nominatur: ita et umbra mortis dicitur. Quoniam hi qui se ab eo defendi ac protegi putant: aeternis ut ipse diabolus gehennae ignibus mancipandi sunt.

Dividit torrens a populo peregrinante eos, quos oblitus est pes egentis hominis, et invios. Hoc dicit: invios, id est, errantes, et illos quos oblitus est pes egentis hominis, separabit torrens a populo peregrinante, eo quod oblitus eorum sit gressus. Sive praesens conversatio egentis hominis pedis nomine significata est. Oblitus est dixit, pro eo quod praemissus egens, non est Deum pro hujusmodi deprecatus, cum tamen eleemosyna Deum precetur, id est, ipsum opus bonum quod homo fecerit, quadam manifestatione sui loquatur ad Deum. Hoc ergo dicit sanctus Job, quod invios sine via verae religionis viventes, et qui misericordiam pauperibus, quod est Christi fratribus non fecerunt, torrens ignis separet, simul et a sanctorum consortio dividet. Sive hic egenus proprie Salvator noster intelligitur, qui propter nos egenus, et pauper factus est cum dives esset. In pede quoque ejus, dispensationem, vel assumentis hominem, vel mundum ingredientis adverte. Unde propheta ait: Existi in salutem populi tui.

Las vetas de la plata: es decir, el principio de la elocuencia surge de las percepciones del alma; pero el sentido áureo se fabrica por el juicio de la razón y la sabiduría, y para que sea óptimo, se refina por la prueba del fuego del examen divino. Pero la fortaleza, que es llamada con el nombre de hierro, es aquella por la cual quitamos la tierra, es decir, la malicia de nuestra carne, en nosotros: luchemos contra ella, que milita contra nosotros y actúa contra la ley del espíritu, con rigor de ánimo y virtud. También, con el nombre de piedra se figura la dureza del corazón, la cual, disuelta por el calor y el fervor de la fe, se ablanda, para que primero pueda recibir en sí las palabras del que escribe. Luego, como en el bronce, que es sonoro, avanzando por el mérito de la santidad, llegará a ofrecer alabanzas y gracias a Dios con la solidez de la fe.

Ha puesto un tiempo para las tinieblas, y Él mismo considera el fin de todas las cosas. En las divinas Escrituras, los hombres pecadores, los demonios, y la ignorancia y las tribulaciones, o los pecados, son llamados tinieblas según el modo y los lugares.

La piedra de la oscuridad y la sombra de la muerte. Podemos entender metafóricamente esta piedra en este lugar como el diablo, quien, a causa de sus errores con los que había envuelto a todo el mundo, fue llamado la piedra de la oscuridad. Quien, aunque es fuerte y poderoso por la naturaleza con la que fue creado por Dios, confiando por soberbia en su propia virtud y no en el Señor y Dios su creador, perdió la luz de la sabiduría, convirtiéndose en necedad y tinieblas, y por eso pudo ser llamado la piedra de la oscuridad, según aquello: *El necio camina en tinieblas*. Por tanto, así como el diablo es nombrado la piedra de la oscuridad, así también es llamado la sombra de la muerte. Porque aquellos que piensan ser defendidos y protegidos por él, han de ser entregados, como el mismo diablo, a los fuegos eternos de la Gehenna.

El torrente separa del pueblo peregrino a aquellos a quienes olvidó el pie del hombre necesitado, y a los sin camino. Esto dice: a los sin camino, es decir, a los errantes, y a aquellos a quienes olvidó el pie del hombre necesitado, el torrente los separará del pueblo peregrino, porque su paso ha sido olvidado. O bien, la conducta presente del hombre necesitado es significada con el nombre de pie. Dijo 'ha olvidado' porque el mencionado necesitado no ha suplicado a Dios por tales personas, aunque la limosna sí suplica a Dios; es decir, la obra buena misma que el hombre ha hecho habla a Dios por una cierta manifestación de sí misma. Por tanto, esto dice el santo Job: que un torrente de fuego separará a los que viven sin el camino de la verdadera religión y a los que no han mostrado misericordia a los pobres, es decir, a los hermanos de Cristo, y al mismo tiempo los dividirá de la compañía de los santos. O bien, este necesitado se entiende propiamente como nuestro Salvador, quien por nosotros se hizo necesitado y pobre, aunque era rico. En su pie, además, advierte la dispensación, ya sea de su asunción de la naturaleza humana o de su entrada en el mundo. De donde dice el profeta: *Saliste para la salvación de tu pueblo*.

Hi ergo qui dispensationem salutis suae in Evangelio non receperunt, oblivioni dati sunt, qui credere per duritiam propriae voluntatis noluerunt. Et idcirco invii dicti sunt, quia Christum, qui est via, non receperunt.

Terra de qua oriebatur panis, in loco suo, igni subversa est. Diversas res et obscuras connectit, ut cum superioribus inferiora non haereant. Proinde mihi videtur, quia hoc loco terram Sodomorum describat, cujus abundantiam, et amoenitatem cum admiratione collaudet. Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subversa est. Haec terra potest et Judaea intelligi, in qua panis legis Dei, per doctrinam prophetarum populis nascebatur, qua amore Dei per fidem Christi carnalis legis intelligentia subversa est, et in rectos tramites, et spirituales sensus constituta, ut jam occidentem litteram non sequatur.

Locus sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum. Per metaphoram dicit, quod in Sodomis uberrima fuerint omnia et optima, quae etiam auro et pretiosis lapidibus comparentur. Locus sapphiri lapides ejus. Sic dicit ei Dominus per prophetam: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris, et reliqua. Hoc enim decore pretiosorum lapidum, id est, omnium Christo credentium per Deum Patrem, tunc adornata est Judaea, quando gentium populus ei per fidem Christi est copulatus. Locus sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum. Lapides pretiosi, et aurum non in optima terra, sed in remotis, et squalidis inveniri dicuntur. Igitur secundum hunc modum Judaea sterilis fide, et infecunda virtutibus, habuit in se hos lapides pretiosos: id est, patriarchas et prophetas, et omnem sanctorum multitudinem. Locus sapphiri lapides ejus, et glebae ejus aurum. Glebas sanctae terrae Ecclesiae, sanctos ejus propter fecunditatem bonorum operum appellavit, quos etiam et propter gratiarum divisiones, glebas sanctus Spiritus voluit nuncupare: quo auri merito censerentur, in quarum occultis venis tamquam animarum seminibus, sensus magni pretiosique nascantur.

Semitam ignoravit avis. Exitus plurimos in eadem regione multitudo habitatorum fecerat, et ideo forsan dixit, quod avibus prae frequenti hominum copia semitas intuendi, vel facultas illic respondendi incedendive non fuerit.

Nec intuitus est eam oculus vulturis. Quia tam condensis frutetis, et contiguis arboribus consita erat: ut eam aves desuper volantes depascere non possent. Semitam ignoravit avis: nec intuitus est eam oculus vulturis. Avem et vulturem, ipsum diabolum cum suis possumus dicere, qui semitam spiritualis intelligentiae in Lege, et prophetis: hoc est, quae in Judaeam occulte praedicebantur, nosse minime potuerunt. Nec intueri aliquo vestigio scientiae valuerunt, a saeculis dispensationis futurae abscondita sacramenta.

Por tanto, aquellos que no recibieron la dispensación de su salvación en el Evangelio han sido entregados al olvido, los que no quisieron creer por la dureza de su propia voluntad. Y por esta razón son llamados sin camino, porque no recibieron a Cristo, que es el camino.

La tierra de la que salía el pan, en su lugar, ha sido trastornada por el fuego. Conecta cosas diversas y oscuras, de modo que las inferiores no concuerdan con las superiores. Por lo tanto, me parece que en este lugar describe la tierra de los sodomitas, cuya abundancia y amenidad alaba con admiración. La tierra de la que salía el pan en su lugar, ha sido trastornada por el fuego. Esta tierra puede también entenderse como Judea, en la cual el pan de la ley de Dios nacía para los pueblos por la doctrina de los profetas; por el amor de Dios mediante la fe en Cristo, la inteligencia carnal de la ley fue trastornada y establecida en caminos rectos y sentidos espirituales, para que ya no siga la letra que mata.

El lugar del zafiro son sus piedras, y sus terrones son oro. Dice metafóricamente que en Sodoma todas las cosas eran abundantísimas y óptimas, que incluso se comparan con el oro y las piedras preciosas. El lugar del zafiro son sus piedras. Así le dice el Señor por el profeta: *He aquí que yo asentaré en orden tus piedras, y te fundaré sobre zafiros*, y lo demás. Pues con este adorno de piedras preciosas, es decir, de todos los que creen en Cristo por Dios Padre, fue entonces adornada Judea, cuando el pueblo de los gentiles se le unió por la fe en Cristo. El lugar del zafiro son sus piedras, y sus terrones son oro. Se dice que las piedras preciosas y el oro no se encuentran en la mejor tierra, sino en lugares remotos y escuálidos. Por tanto, de este modo, Judea, estéril en la fe e infecunda en virtudes, tuvo en sí estas piedras preciosas: es decir, los patriarcas y profetas, y toda la multitud de los santos. El lugar del zafiro son sus piedras, y sus terrones son oro. Llamó terrones de la tierra santa de la Iglesia a sus santos, por la fecundidad de sus buenas obras, a quienes también el Espíritu Santo quiso nombrar terrones por las divisiones de las gracias: por cuyo mérito de oro fueran estimados, en cuyas venas ocultas, como de semillas de almas, nacieran entendimientos grandes y preciosos.

El ave no ha conocido la senda. La multitud de habitantes había hecho muchísimas salidas en aquella misma región, y por esta razón quizá dijo que para las aves, a causa de la frecuente multitud de hombres, no hubo oportunidad de ver las sendas, ni de responder o proceder allí.

Ni el ojo del buitre la ha visto. Porque estaba tan plantada de densos matorrales y árboles contiguos que las aves que volaban por encima no podían alimentarse de ella. El ave no ha conocido la senda, ni el ojo del buitre la ha visto. Podemos decir que el ave y el buitre son el mismo diablo con los suyos, quienes de ningún modo pudieron conocer la senda de la inteligencia espiritual en la Ley y los profetas: esto es, lo que se predecía ocultamente en Judea. Ni pudieron contemplar por ningún vestigio de ciencia los sacramentos de la dispensación futura, escondidos desde los siglos.

De quibus ait Apostolus: Dei sapientiam loquimur in mysterio, quae abscondita est: quam nemo principum hujus saeculi cognovit. Semitam ignoravit avis: nec intuitus est eam oculus vulturis. Possunt hic duo populi intelligi non absurde, id est, Judaeorum et gentium. Carnalis ergo Judaea fidem in Christo non habens: sed potius legis operibus vivens, eumdem Christum pro nobis factum semitam sive viam, qua reditur ad patriam, ut incredula ignoravit: propter elationem suam, qua se putabat legis operibus posse justificari. Avis dicta est, levis utique, et vaga: atque in ipsis operibus legis instabilis. Vulturi vero gentium populus ideo assimilari videtur: quoniam per errores mortuorum hominum discurrebat, et rebus mortuis pascebatur. Hi ergo Christum legis littera obtectum, et terram repromissionis per Christum futuram, opacitatis significationum umbraculis non potuerunt omnino perspicere. Semitam ignoravit avis: nec intuitus est eam oculus vulturis. Sub his nominibus, avis (Al. auri) et vulturis, inimicos Ecclesiae intelligamus, qui tenebris obscuratum habentes intellectum, nescierunt semitam vocationis ejus, qua ad Deum ambulans per fidem revertitur. Quique diversis erroribus mortuorum hominum rapti, quasi volare arbitrandi sunt.

Non calcaverunt eam filii institorum. Hoc ait, quod ita fuerit terra Sodomorum omnibus bonis referta: ut nullius patriae eguerit mercimoniis. Non calcaverunt eam filii institorum. Institores sive negotiatores praedicti intelliguntur. Nam negotiatores sunt mali et superbi: quod etiam ad ipsum diabolum pertinet: qui superbiam delictum maximum adinvenit. Et negotiator propter multitudinem peccatorum appellatus est, quae sive ad se ipsum, sive ad perdendum hominem exquisivit. Isti igitur promissionis terram quae mansuetis, et corde humilibus reservatur, ut in ea habitent, calcare non poterunt, quia nec quasi incolae, per eam transeundi habebunt licentiam. Item aliter: Haec igitur Judaea, cui hic panis doctrinae ministrantibus prophetis, et sacerdotibus, praebebatur in loco suo: suo utique, et non Dei: id est, in loco delectationis suae, ubi voluptatibus atque illecebris conflagrabat, igne vitiorum suorum ardens subversa est sicut dicit Propheta: Omnes adulterantes, sicut clibanus corda eorum; et in psalmo de ea dicitur: Incensa igni et suffossa manu operis sui exstirpata omnino, et effossa est.

De los cuales dice el Apóstol: *Hablamos la sabiduría de Dios en misterio, la que está oculta: la que ninguno de los príncipes de este siglo conoció*. El ave no ha conocido la senda, ni el ojo del buitre la ha visto. Aquí se pueden entender no absurdamente dos pueblos, es decir, el de los judíos y el de los gentiles. Por tanto, la Judea carnal, no teniendo fe en Cristo, sino viviendo más bien por las obras de la ley, como incrédula ignoró a Cristo mismo, hecho para nosotros senda o camino por el cual se vuelve a la patria, a causa de su soberbia, por la cual pensaba que podía ser justificada por las obras de la ley. Fue llamada ave, ciertamente ligera y errante, e inestable en las mismas obras de la ley. Pero el pueblo de los gentiles parece asimilarse a un buitre por esta razón: porque discurría por los errores de los hombres muertos, y se alimentaba de cosas muertas. Por tanto, estos no pudieron en absoluto percibir a Cristo, cubierto por la letra de la ley, y la tierra de promisión futura por Cristo, a través de las sombras de las opacas significaciones. El ave no ha conocido la senda, ni el ojo del buitre la ha visto. Bajo estos nombres, del ave (o, según otra lectura, *del oro*) y del buitre, entendamos a los enemigos de la Iglesia, quienes, teniendo el intelecto oscurecido por las tinieblas, no conocieron la senda de su vocación, por la cual, caminando por la fe, vuelve a Dios. Y los que, arrebatados por los diversos errores de los hombres muertos, han de ser considerados como si volaran.

No la han pisado los hijos de los mercaderes. Esto dice, que la tierra de los sodomitas estaba tan repleta de todos los bienes que no necesitó de las mercancías de ninguna patria. No la han pisado los hijos de los mercaderes. Los mencionados se entienden como mercaderes o comerciantes. Pues los mercaderes son malos y soberbios, lo que también pertenece al mismo diablo, quien inventó la soberbia, el delito máximo. Y fue llamado mercader por la multitud de pecados que buscó, ya sea para sí mismo, ya sea para perder al hombre. Por tanto, estos no podrán pisar la tierra de la promesa, que está reservada para que habiten en ella los mansos y humildes de corazón, porque no tendrán licencia para pasar por ella ni siquiera como peregrinos. Alternativamente: Por tanto, esta Judea, a la cual este pan de doctrina era ministrado por los profetas y sacerdotes, fue trastornada en su propio lugar —suyo, ciertamente, y no de Dios; es decir, en el lugar de su deleite, donde ardía con placeres y atractivos, ardiendo con el fuego de sus propios vicios, fue trastornada, como dice el Profeta: *Todos adúlteros, sus corazones son como un horno*; y en el salmo se dice de ella: *Quemada a fuego y cavada*, fue completamente arrancada y cavada por la obra de su propia mano.

Licet possit ignis iste etiam super ultione peccatorum intelligi, sicut dicit Apostolus: Terra quae spinas, et tribulos profert, reproba est, et maledicto proxima: cujus consummatio in combustionem. De quo igne irae ait David: Juvenes eorum comedit ignis. Non calcaverunt eam filii institorum. Filii institorum, apostolorum discipuli, et apostolici viri intelligendi sunt, qui gentibus Evangelium praedicaverunt. Hi igitur Judaeam, terram videlicet infidelium, ut ei annuntiarent Evangelium, non calcaverunt. De quibus dicitur in Actibus apostolorum: Vobis oportuerat primum verbum Dei loqui, sed quia indignos vos judicastis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes. Sic itaque factum est istis Evangelizantibus verbum, ut mons Christus in mare gentium transplantaretur. Unde et in psalmo ait: Et transferentur montes in cor maris: id est, vel prophetarum, vel evangelistarum oracula, ad credituros gentium populos transferentur. Non calcaverunt eam filii institorum. Hi institores sive negotiatores reprobi sunt, et laude indigni, qui peccata peccatis, velut divitias sibi congregant: de quibus ait Apocalypsis: Omnia clara et pinguia perierunt a te. Hi igitur negotiatores circa divitias peccatorum, non calcabunt Ecclesiam, id est, non habitabunt in ea: quia sanctam eam, et immaculatam Dominus possidebit.

Nec pertransivit per cam leaena. Ob frequentiam innumerabilium populorum in Sodomis habitantium, bestiae per medium regionis illius transire non poterant. Nec pertransivit per eam leaena. Leaena potest diaboli dominatio sentiri, sive superbia Judaeorum. Quod autem dicit, non pertransivit: hoc ait: non recessit a Judaea, sed ibidem infidelis superbia permansit. Aliter potest, et de Ecclesia intelligi. In illa utique gloria virtutum suarum in loco necessario redemptionis suae, in quo per fidem stat, igne subversa est: illo utique igne, de quo ipse Dominus ait: Ignem veni mittere in terram. Hoc igitur igne Ecclesia, id est, terra sanctorum, amoris Dei desiderio flagrans, subvertitur: ut eam carnalis concupiscentia non possideat. Hoc igitur modo subvertitur, ut in terra carnis suae vivens, carnis in ea vitia moriantur, ut ait Apostolus: Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, et concupiscentiis. Nec pertransivit per eam leaena. Sive leo, ut alii dixerunt. Leo hic non absurde diabolus intelligitur, qui per sanctae Ecclesiae terram transire non potuit, eo quod gravibus persecutionibus eam vincere non valuerit.

Aunque este fuego también puede entenderse sobre el castigo de los pecados, como dice el Apóstol: *La tierra que produce espinas y abrojos es reprobada y próxima a la maldición, cuyo fin es la quema*. Del cual fuego de ira dice David: *El fuego consumió a sus jóvenes*. No la han pisado los hijos de los mercaderes. Por hijos de los mercaderes se han de entender los discípulos de los apóstoles y los varones apostólicos, que predicaron el Evangelio a los gentiles. Estos, por tanto, no pisaron Judea, es decir, la tierra de los infieles, para anunciarle el Evangelio. De quienes se dice en los Hechos de los Apóstoles: *A vosotros era menester que se os hablase primero la palabra de Dios; mas puesto que la desecháis, y no os juzgáis dignos de la vida eterna, he aquí, nos volvemos a los gentiles*. Y así sucedió a los que evangelizaban la palabra, que Cristo, el monte, fue trasplantado al mar de los gentiles. De donde también dice en el salmo: *Y se trasladarán los montes al corazón del mar*: es decir, los oráculos de los profetas o evangelistas se trasladarán a los pueblos de los gentiles que han de creer. No la han pisado los hijos de los mercaderes. Estos mercaderes o comerciantes son réprobos e indignos de alabanza, que congregan para sí pecados sobre pecados como si fueran riquezas; de quienes dice el Apocalipsis: *Todas las cosas ricas y espléndidas perecieron de ti*. Estos mercaderes, por tanto, ocupados en las riquezas de los pecados, no pisarán la Iglesia, es decir, no habitarán en ella, porque el Señor la poseerá santa e inmaculada.

Ni la leona ha pasado por ella. A causa de la frecuencia de innumerables pueblos que habitaban en Sodoma, las bestias no podían pasar por en medio de aquella región. Ni la leona ha pasado por ella. La leona puede entenderse como el dominio del diablo, o la soberbia de los judíos. En cuanto a lo que dice, 'no ha pasado', quiere decir esto: no se ha apartado de Judea, sino que la soberbia infiel permaneció allí. Alternativamente, también puede entenderse de la Iglesia. En aquella gloria de sus virtudes, en el lugar necesario de su redención, en el que permanece por la fe, ha sido trastornada por el fuego: por aquel fuego, ciertamente, del que el mismo Señor dice: *He venido a echar fuego en la tierra*. Con este fuego, por tanto, la Iglesia, es decir, la tierra de los santos, ardiendo con el deseo del amor de Dios, es trastornada, para que la concupiscencia carnal no la posea. Es trastornada de este modo, para que, viviendo en la tierra de su carne, mueran en ella los vicios de la carne, como dice el Apóstol: *Porque los que son de Cristo, han crucificado su carne con sus vicios y concupiscencias*. Ni la leona ha pasado por ella. O *el león*, como otros han dicho. El león aquí no se entiende absurdamente como el diablo, que no pudo pasar por la tierra de la santa Iglesia, porque no pudo vencerla con graves persecuciones.

Ad silicem extendit manum suam. Videtur mihi sanctus Job aliud aenigma protulisse, et propter soliditatem suam, et fortitudinem, Christum secundum hominem, quem assumpsit, silicem posse significari, qui etiam petra et lapis, prophetis et apostolis dictus est. Deus ergo Pater extendit ad silicem manum suam, id est, Filium suum: per quem universa condidit: quem etiam dexteram, et brachium vocat, et ad suscipiendum hominem misit, ut Apostolus dixit: Deus Filium suum misit in similitudine carnis peccati. Et idcirco in extensione manus, Dei Patris, et Filii ejus ad nos adventum significari noverimus, ac per eum sicut sequitur:

Subvertit a radicibus montes. Quos per metaphoram daemones sive homines superbos esse recte sentimus: quia principatus, et potestates palam triumphavit in semetipso.

In petris rivos excidit. Duris scilicet praecordiis gentium, et nimia infidelitate constrictis: abundantiam gratiarum suarum largitus est, et velut rivos aquae fluentes, uberem copiam doctrinarum tribuit. Hoc ipsum distribuisse intelligitur, quod scidisse memoratur, sicut ait Apostolus: Alii enim per spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae. Alii dixerunt: Ripas fluminum disrupit: ut illam doctrinam spiritualem Legis, et prophetarum de qua Isaias ait: Qui sititis, ite ad aquam, quae in una gente tamquam intra quasdam angustias defluebat, quae etiam Mosaicae legis praeceptis, velut quibusdam quasi riparum obicibus claudebatur. Hujuscemodi disruptis obstaculis, quasi de alveo legis super omnem terram Evangelio abundante diffudit. Aliter possumus hanc terram Ecclesiam dicere. Unde ait propheta: Fluminibus scindetur terra. Scindi vero eam atque disrumpi eo modo noverimus, quando se ad suscipiendum verbum Dei, capabilem praebet. Hanc quoque quamdam adapertionem capacitatis, quae fit per obedientiam terrae rationem habentis, eorumdem fluminum impetus operantur.

Et omne pretiosum vidit oculus ejus. Eductis igitur rivis gratiarum Dei, vidit Deus quam immensa, et innumerabilia pietatis suae beneficia. Vidit autem dixit: eo quod ante conspectum ejus adimpletio sive effectus suae voluntatis, exstiterit in Ecclesia sua.

Profunda quoque fluviorum scrutatus est, et abscondita produxit in lucem. Hos igitur fluvios non absurde singulos libros veteris Instrumenti esse sentimus: in quorum magnis latibulis erant Ecclesiae sacramenta, quae in tempora Salvatoris Deus Pater scrutatus sit: ad impletionem eorum omnia quae praedicta sunt manifestans.

Extendió su mano al pedernal. Me parece que el santo Job ha propuesto otro enigma, y que por su solidez y fortaleza, Cristo, según la naturaleza humana que asumió, puede ser significado por el pedernal, quien también es llamado roca y piedra por los profetas y apóstoles. Dios Padre, por tanto, extendió su mano al pedernal, es decir, a su Hijo, por quien creó todas las cosas, a quien también llama su diestra y su brazo, y envió para asumir la naturaleza humana, como dijo el Apóstol: *Dios envió a su Hijo en semejanza de carne de pecado*. Y por tanto, en la extensión de la mano, debemos saber que se significa la venida de Dios Padre y de su Hijo a nosotros, y por Él, como sigue:

Trastornó desde las raíces los montes. Los cuales, por metáfora, sentimos rectamente que son los demonios o los hombres soberbios, porque triunfó abiertamente sobre los principados y potestades en sí mismo.

En las rocas excavó ríos. Es decir, a los duros corazones de los gentiles, constreñidos por una excesiva infidelidad, concedió la abundancia de sus gracias, y como ríos de agua corriente, les dio una rica provisión de doctrinas. Se entiende que ha distribuido esto mismo que se recuerda que ha excavado, como dice el Apóstol: *Porque a uno le es dada por el Espíritu palabra de sabiduría; a otro, palabra de ciencia*. Otros han dicho: *Rompió las orillas de los ríos*, para que aquella doctrina espiritual de la Ley y de los profetas, de la que dice Isaías: *Vosotros los sedientos, id a las aguas*, que fluía en una sola nación como dentro de ciertos estrechos, que también estaba encerrada por los preceptos de la ley mosaica como por ciertas barreras de orillas. Habiendo roto estos obstáculos, la derramó desde el cauce de la ley, por así decirlo, sobre toda la tierra al abundar el Evangelio. Alternativamente, podemos llamar a esta tierra la Iglesia. De donde dice el profeta: *La tierra será dividida por ríos*. Debemos saber que es dividida y rota de este modo cuando se hace capaz de recibir la palabra de Dios. Esta cierta apertura de capacidad, que ocurre por la obediencia de la tierra que posee razón, la fuerza de estos mismos ríos la produce.

Y su ojo ha visto toda cosa preciosa. Por tanto, habiendo sido sacados los ríos de las gracias de Dios, vio Dios cuán inmensos e innumerables son los beneficios de su piedad. Dijo 'vio', sin embargo, porque el cumplimiento o efecto de su voluntad se realizó ante su vista en su Iglesia.

También ha escudriñado las profundidades de los ríos, y ha sacado a la luz las cosas escondidas. No sin razón sentimos que estos ríos son los libros individuales del Antiguo Instrumento, en cuyos grandes escondrijos estaban los sacramentos de la Iglesia, que Dios Padre escudriñó en el tiempo del Salvador, manifestando todo lo que fue predicho para su cumplimiento.

Sive quia fluviorum nomine, populorum multitudines aliquando intelliguntur: quemadmodum Naum propheta ait: Portae fluviorum apertae sunt: Profunda fluviorum hoc loco, secreta conscientiae hominum advertamus: quorum scrutator, et cognitor Deus est, qui in die judicii producendo omnia secreta cordium, reddet unicuique secundum opera sua.

Sapientia vero ubi invenitur, et quis est locus intelligentiae? Quod hoc quasi inquirens ait, difficilem rem, et quae vix in invenitur, voluit indicare, immo quae nisi a Deo demonstrante, nec inveniri posset ab homine, nec haberi. Quod et ipse Job in subsequentibus declaravit, ita dicens: Et dixit homini, utique Deus: Ecce timor Domini ipsa est sapientia, et recedere a malo intelligentia.

Nescit homo pretium ejus. Haec dicendo, inaestimabilem esse sapientiam timoris Dei significavit.

Nec invenitur in terra suaviter viventium. Hanc igitur sapientiam timoris Dei non habet quisquam, nisi carnem suam crucifixerit cum vitiis et concupiscentiis, nisi vixerit ut Paulus apostolus, et omnes sancti, in tribulationibus, persecutionibus, angustiis, et pressuris. Et ideo suaviter dicti sunt vivere illi, qui nullo jugo disciplinae tenentur, et effrenes ac praecipites in labem prorumpunt vitiorum.

Abyssus dicit, non est in me, et mare loquitur, non est mecum. Abyssum hoc loco infernum intelligamus, sicut dicit Apostolus: Aut quis descendit in abyssum? Et mare hoc saeculum, ut Psalmista canente cognovimus: Hoc mare magnum et spatiosum. Infernus ergo, et hic mundus sapientiam timoris Dei se non habere testantur. Loca dicit loqui, pro his qui in locis, vel mundi, vel inferorum sunt. Hic de illis loquitur, qui carnali conversatione mundi illecebris possidentur: haec dictio prosopopoeia appellatur, ubi persona loquentis cum loqui non possit, assumitur, et quod continet, pro eo quod continetur. Continet quidem hic mundus, vel infernus: continetur autem homo. Hanc ergo sapientiam non habet mare mundi istius, praeter solam Ecclesiam, quae propter saevientium fluctus inimicorum, insula dicitur in Scripturis, quemadmodum et navicula per figuram in Evangelio nominatur.

Non dabitur aurum obrizum pro ea: nec appendetur argentum in commutatione ejus. Hoc ait, quod nulla res quamvis pretiosa sit, possit huic sapientiae comparari. Sive quia aurum in Scripturis, vel argentum, tropicus sensus, et sermo intelligitur, hoc dicit, sapientiam istam nullus pro merito sentire posset, aut eloqui.

O, porque con el nombre de ríos se entienden a veces las multitudes de pueblos, como dice el profeta Nahúm: *Las puertas de los ríos se abrieron*, advirtamos en este lugar las profundidades de los ríos como los secretos de las conciencias de los hombres, de los cuales Dios es el escudriñador y conocedor, quien en el día del juicio, sacando a la luz todos los secretos de los corazones, dará a cada uno según sus obras.

Pero, ¿dónde se encuentra la sabiduría, y cuál es el lugar de la inteligencia? Al decir esto como si preguntara, quiso indicar una cosa difícil, y que apenas se encuentra; de hecho, una que no podría ser encontrada ni tenida por el hombre, a menos que Dios la mostrara. Y el mismo Job declaró esto en los pasajes siguientes, diciendo así: Y dijo al hombre, es decir, Dios: He aquí, el temor del Señor, esa es la sabiduría, y apartarse del mal es la inteligencia.

El hombre no conoce su precio. Diciendo esto, significó que la sabiduría del temor de Dios es inestimable.

Ni se encuentra en la tierra de los que viven placenteramente. Por tanto, nadie tiene esta sabiduría del temor de Dios a menos que haya crucificado su carne con sus vicios y concupiscencias, a menos que haya vivido como el apóstol Pablo y todos los santos, en tribulaciones, persecuciones, angustias y presiones. Y por eso, se dice que viven placenteramente aquellos que no están sujetos a ningún yugo de disciplina, y desenfrenados y precipitados, irrumpen en la ruina de los vicios.

El abismo dice: 'No está en mí', y el mar dice: 'No está conmigo'. Entendamos el abismo en este lugar como el infierno, como dice el Apóstol: *¿O quién descenderá al abismo?* Y el mar como este siglo, como hemos aprendido del Salmista que canta: *Este mar grande y espacioso*. Por tanto, el infierno y este mundo testifican que no tienen la sabiduría del temor de Dios. Dice que los lugares hablan, por aquellos que están en los lugares, ya sea del mundo o del infierno. Aquí habla de aquellos que, por una vida carnal, son poseídos por los atractivos del mundo; esta figura retórica se llama prosopopeya (*prosopopoeia*), donde se asume la persona del que habla cuando no puede hablar, y lo que contiene se pone por lo que es contenido. Ciertamente, este mundo o el infierno contiene; pero el hombre es contenido. Por tanto, el mar de este mundo no tiene esta sabiduría, excepto la Iglesia sola, que, a causa de las furiosas olas de los enemigos, es llamada isla en las Escrituras, así como es nombrada barquilla por figura en el Evangelio.

No se dará oro fino por ella, ni se pesará plata en su cambio. Esto dice, que ninguna cosa, por muy preciosa que sea, puede compararse con esta sabiduría. O, porque en las Escrituras el oro o la plata se entienden como un sentido y un lenguaje trópico, dice esto: nadie podría sentir o expresar esta sabiduría según su mérito.

Non conferetur tinctis Indiae coloribus, nec lapidi sardonicho pretiosissimo, vel sapphiro. Diversis rebus, pretiosis, haec sapientia divina praefertur. Hoc tamen sciendum, quod maxime in meridiano climate haec metalla pretiosa nascantur. Et quia in India omnes idolorum cultores significantur: in qua colores, ut dixi, pretiosi, vel nascuntur, vel fiunt: id puto posse intelligi, quia in gentibus ubi timor veri Dei non est, fucata et quodammodo terrena religio sit: quae sub praetextu nominis Dei in errorum mendacio, diverso ac vario sermonum colore velut pictura componitur, et quasi lapis pretiosus eloquio splendeat, sive nomine fulgeat deitatis, et India sive etiam Aethiopia, nigredinem, vel tenebras peccatorum significant: quae specialiter in idolorum culturis habentur.

Non adaequabitur ei aurum, vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri. Aurum vel vitrum, et etiam vasa auri, pretiosi quique, et clari intelliguntur: qui in hoc saeculo nomine dignitatis, et divitiarum gloria splendent: hi utique non habentes verae religionis timorem, pro nihilo habebuntur: eo quod non possunt velut pro merito gloriae suae, ad commutationem sapientiae singularis accedere.

Excelsa et eminentia non commemorabuntur in comparatione ejus. Etiam si excelsa sint, et plurimum eminentia quaecumque in creaturis sunt: ut sunt etiam angelicae potestates, minima omnia, immo potius indigna memoria erunt, in comparatione illius, quae fecit omnem creaturam rationalem Deo placere, eique sancto amore conjungi. Et ideo praefertur illis eminentibus excelsis timoris hujusmodi sapientia: quia sine illa nihil sunt ante Deum, sicut et ipse diabolus qui amisso timore divinae reverentiae, perdidit semetipsum.

Trahitur autem sapientia de occultis. Haec igitur aliunde non potest nisi de supernis assumi, sive de intimis cordis affectibus, dono sancti Spiritus trahitur, ut propheta ait: Os meum aperui, et attraxi spiritum, ut videlicet sapiat homo Deum et timeat, ac recedere a malo intelligat.

Non adaequabitur ei topazius de Aethiopia, nec tincturae mundissimae componentur? Diversis modis, et diversis nominibus auri, ac supellectilis pretiosae, sanctus Job dicit, quod timor Domini non possit eis ullo modo comparari.

Unde ergo sapientia venit, et quis est locus intelligentiae. Interrogans requirit, et dicit: quod omnis creatura vel maxime sapientiam hanc ignoret.

No se comparará con los colores teñidos de la India, ni con la piedra de sardónice preciosísima, o el zafiro. Esta sabiduría divina es preferida a diversas cosas preciosas. Esto, sin embargo, debe saberse, que estos metales preciosos nacen especialmente en el clima meridional. Y porque en la India se significan todos los adoradores de ídolos, en la cual, como dije, los colores preciosos nacen o se hacen, creo que esto puede entenderse: que en las gentes donde no hay temor del verdadero Dios, hay una religión fingida y en cierto modo terrenal, que bajo el pretexto del nombre de Dios se compone en la mentira de los errores con un diverso y variado color de palabras, y como una piedra preciosa puede brillar con elocuencia, o resplandecer con el nombre de la deidad; y la India o incluso Etiopía significan la negrura o las tinieblas de los pecados, que se encuentran especialmente en los cultos de los ídolos.

No se le igualará el oro ni el vidrio, ni se cambiarán por ella vasos de oro. El oro o el vidrio, y también los vasos de oro, se entienden como todos los que son preciosos y célebres, que en este siglo brillan con el nombre de la dignidad y la gloria de las riquezas; estos, ciertamente no teniendo el temor de la verdadera religión, serán tenidos por nada, porque no pueden, como por el mérito de su gloria, acceder al cambio por la sabiduría singular.

Las cosas excelsas y eminentes no se mencionarán en comparación con ella. Aunque las cosas que hay en las criaturas sean excelsas y muy eminentes, como son también las potencias angélicas, todas serán mínimas, o más bien indignas de memoria, en comparación con aquella que hizo que toda criatura racional agradara a Dios y se uniera a Él en santo amor. Y por eso, esta sabiduría del temor es preferida a aquellas excelsas cosas eminentes, porque sin ella no son nada ante Dios, así como el mismo diablo, que, habiendo perdido el temor de la reverencia divina, se perdió a sí mismo.

Pero la sabiduría se extrae de las cosas ocultas. Esta, por tanto, no puede tomarse de ningún otro lugar sino de lo alto, o se extrae de los afectos más íntimos del corazón por el don del Espíritu Santo, como dice el profeta: *Abrí mi boca, y atraje el espíritu*, para que, ciertamente, el hombre sea sabio acerca de Dios y le tema, y entienda apartarse del mal.

¿No se le igualará el topacio de Etiopía, ni se le compararán las tinturas purísimas? De diversas maneras, y con diversos nombres de oro y de ajuar precioso, el santo Job dice que el temor del Señor no puede de ningún modo compararse con ellos.

¿De dónde, pues, viene la sabiduría, y cuál es el lugar de la inteligencia? Preguntando, inquiere y dice que toda criatura ignora especialmente esta sabiduría.

Abscondita est ab oculis omnium viventium: volucres quoque coeli latet. Viventium mundo intelligendum est, de quibus superius ait, cum de hac sapientia loqueretur, nec invenitur in terra suaviter viventium. Quod autem dixit, quia haec sapientia volucres coeli lateret, superbi, et leves, sive qui altum sapiunt, quod ad tumorem arrogantiae pertinet, intelligendi sunt, sive spiritus mali, qui secundum parabolam Evangelii, jactum semen Dominicum juxta viam comedunt. Hos igitur latere ait bonum timoris Dei.

Perditio, et mors dixerunt, auribus nostris audivimus famam ejus. Potest utroque hoc nomine diabolus dici, sive ille mors appellari potest, ut sui satellites perditio nuncupentur. Hi ergo dixerunt, quod famam timoris Dei audierint: non enim negare possunt, quia non audierint illam, cum in naturae suae bono inditam perceperint: sed per inobedientiae malum, eam habere noluerunt.

Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius. Pro certo scit Deus, quod haec sapientia properet ad locum utique quietis, et perpetuae pacis: ubi per hanc ipsam sapientiam timoris sui, super quietum et humilem, et trementem sermones suos requiescere delectetur. Sive Deus intelligit viam ejus, quae praedicatione Evangelii per omnes terras prolata est. Unde et sequitur de Deo dicens:

Ipse enim fines mundi intuetur, et omnia quae sub coelo sunt respicit. Quis enim ambigit, Deum nosse etiam ea quae futura sunt? sed hic potius Deus cognitor futurorum illud inspexit, quod postea dixit ejus Apostolus: Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Hoc igitur modo, adventu suo nos visitando, fines mundi intuitus est. In his, inquam, temporibus nostris, in quos saeculorum fines devenerunt.

Qui fecit ventis pondus, et aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluviis legem, et viam procellis sonantibus. Manifestum est, quia omnis creatura in manu et virtute potentiae illius teneatur. Aliter: Ipsas gratias Spiritus sancti, quasi in ipso initio per apostolos accepit Ecclesia: quando factus est de coelo sonitus tanquam advenientis spiritus vehementis. Ventos, sive spiritus Scriptura commemorat, quos Deus largiendo de arcanis secretorum coelestium prolaturus hominibus est, secundum prophetam dicentem: Qui producit ventos de thesauris suis.

Está oculta a los ojos de todos los vivientes; también a las aves del cielo se les oculta. Ha de entenderse como 'vivientes para el mundo', de quienes habló anteriormente cuando hablaba de esta sabiduría, 'ni se encuentra en la tierra de los que viven placenteramente'. En cuanto a lo que dijo, que esta sabiduría se oculta a las aves del cielo, se han de entender los soberbios y los ligeros, o los que aspiran a cosas altas, lo que pertenece a la hinchazón de la arrogancia, o los espíritus malignos, que según la parábola del Evangelio, comen la semilla del Señor arrojada junto al camino. Dice, por tanto, que el bien del temor de Dios se oculta a estos.

La perdición y la muerte dijeron: 'Con nuestros oídos hemos oído su fama'. El diablo puede ser llamado con ambos nombres, o puede ser llamado muerte, para que sus satélites sean llamados perdición. Estos, por tanto, dijeron que habían oído la fama del temor de Dios; pues no pueden negar que no la hayan oído, ya que la percibieron infundida en el bien de su naturaleza, pero por el mal de la desobediencia, no quisieron tenerla.

Dios entiende su camino, y Él conoce su lugar. Dios sabe con certeza que esta sabiduría se apresura hacia el lugar de reposo y paz perpetua, donde, por esta misma sabiduría de su temor, se deleita en reposar sobre el quieto y humilde, y el que tiembla ante sus palabras. O, Dios entiende su camino, que ha sido proclamado por la predicación del Evangelio por todas las tierras. De donde también sigue, diciendo de Dios:

Porque Él contempla los confines del mundo, y mira todas las cosas que están bajo el cielo. ¿Pues quién duda que Dios conoce incluso las cosas que han de venir? Pero aquí, más bien, Dios, conocedor de las cosas futuras, inspeccionó aquello que su Apóstol dijo después: *Pero cuando vino el cumplimiento del tiempo, Dios envió a su Hijo*. De este modo, por tanto, visitándonos con su venida, contempló los confines del mundo. En estos, digo, nuestros tiempos, sobre los cuales han llegado los fines de los siglos.

El que hizo peso para los vientos, y pesó las aguas con medida. Cuando ponía ley para las lluvias, y camino para las tempestades sonoras. Es manifiesto que toda criatura está contenida en la mano y el poder de su potencia. Alternativamente: La Iglesia recibió estas mismas gracias del Espíritu Santo, por así decirlo, en el mismo principio a través de los apóstoles, cuando vino del cielo un estruendo como de un viento recio que soplaba. La Escritura menciona vientos, o espíritus, que Dios, al otorgarlos, está a punto de sacar para los hombres de los tesoros secretos de los cielos, según el profeta que dice: *El que saca los vientos de sus tesoros*.

Aliquando hae diversitates gratiarum, Spiritus sancti censentur nomine, dantis has gratias, secundum illud Apostoli: Spiritus prophetarum subjecti sunt prophetis: qui etiam propter operationem, et effectum divinae sanctificationis suae, pondus habere dicuntur, ut secundum uniuscujusque vires praedicatores verbi Dei aliis lac darent, aliis solidum cibum porrigerent, ubi dicerent, vel quibus dicerent. Inde ait propheta: Dabo vobis imbrem matutinum et serotinum: hoc est, novum et vetus Testamentum.

Tunc vidit illam, et enarravit, et praeparavit, et investigavit, et dixit homini. Id est, in Ecclesia sua, Deus futuram hanc sapientiam ante praevidit, quod totus mundus timorem illius habiturus esset.

Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, et recedere a malo, intelligentia. Alter timor est, ne quisquam Deum offendat: alter vero si offenderit. Ille prior sanctus, et laudabilis, iste alius non habens charitatem sed poenam. Proinde de hoc praedicabili timore dicit Psalmista: Timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi. De alio timore loquitur evangelista Joannes in Epistola sua dicens: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Qui timor utique poenam habet, quia dilectionis meritum non habet:

Addidit quoque Job assumens parabolam suam, et dixit. Secundum superiorem regulam etiam istic intelligentiae lineam ducimus, ut quando id quod sequitur in Salvatorem referri non convenerit, ad membrorum illius compagem sensum expositionis conemur inflectere. Et recte id fieri poterit, ut quod ipse Dominus caput Ecclesiae suae in se recipere non potest, de ejus corpore, quod est Ecclesia, sentiatur.

Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me? Optat ergo sanctus Job atque desiderat, ut jam de illo squalore, et cruciatibus liberetur, revertaturque ad illam gloriam pristinae felicitatis, in qua aliquando, Domino prosperante, degerat.

Quando splendebat lucerna ejus super caput meum. Multis modis in Scripturis divinis appellatur lucerna. Hic vero potuit eam Job pro gloria temporali dixisse, quam a Deo acceperat, et quam in honoris potentia, et divitiis possidebat.

Et ad lumen ejus ambulabam in tenebris. Inter peccata utique, et ea quae ignorabam, quasi inter aspera, et obscura vitae hujus, ad lumen virtutum, vel consolationis illius incedebam.

Sicut fui in diebus adolescentiae meae, et quando secreto Deus erat in tabernaculo meo. Secretum suum, mentem suam ideo dicere voluit, quia illic tumultuosae vitiorum turbae minime perstrepebant.

A veces, estas diversidades de gracias son consideradas con el nombre del Espíritu Santo, que da estas gracias, según aquello del Apóstol: *Los espíritus de los profetas están sujetos a los profetas*, los cuales también, por la operación y el efecto de su divina santificación, se dice que tienen peso, para que según las fuerzas de cada uno, los predicadores de la palabra de Dios dieran leche a unos, y alimento sólido a otros, dónde debían hablar, o a quiénes debían hablar. De ahí dice el profeta: *Os daré la lluvia temprana y la tardía*: esto es, el Nuevo y el Antiguo Testamento.

Entonces la vio, y la declaró, y la preparó, y la investigó, y dijo al hombre. Es decir, en su Iglesia, Dios previó esta sabiduría futura, que todo el mundo tendría el temor de Él.

He aquí, el temor del Señor, esa es la sabiduría, y apartarse del mal, es la inteligencia. Un temor es el de no ofender a Dios; otro, si se ha ofendido. El primero es santo y laudable; este otro no tiene caridad sino castigo. Por tanto, de este temor loable dice el Salmista: *El temor del Señor es santo, que permanece para siempre*. El evangelista Juan habla del otro temor en su Epístola, diciendo: *No hay temor en la caridad, sino que la perfecta caridad echa fuera el temor*. El cual temor ciertamente tiene castigo, porque no tiene el mérito del amor.

Job también continuó su parábola y dijo. Según la regla superior, también aquí trazamos una línea de inteligencia, para que cuando lo que sigue no convenga referirlo al Salvador, intentemos desviar el sentido de la exposición hacia la estructura de sus miembros. Y esto podrá hacerse rectamente, para que lo que el mismo Señor, cabeza de su Iglesia, no puede recibir en sí mismo, se entienda de su cuerpo, que es la Iglesia.

¿Quién me concediera ser como en los meses de antaño, como en los días en que Dios me guardaba? Por tanto, el santo Job desea y anhela ser liberado ya de aquella miseria y de aquellos tormentos, y volver a aquella gloria de la felicidad pasada, en la que en otro tiempo, con la prosperidad del Señor, había vivido.

Cuando su lámpara brillaba sobre mi cabeza. De muchos modos se llama lámpara en las divinas Escrituras. Aquí, en verdad, Job pudo haberla llamado así por la gloria temporal que había recibido de Dios, y que poseía en el poder del honor y en las riquezas.

Y a su luz caminaba yo en las tinieblas. Es decir, entre los pecados y aquellas cosas que ignoraba, como entre las asperezas y oscuridades de esta vida, caminaba hacia la luz de las virtudes o de su consolación.

Como fui en los días de mi juventud, y cuando secretamente Dios estaba en mi tabernáculo. Quiso llamar a su mente su secreto, porque allí las muchedumbres tumultuosas de los vicios no hacían el menor ruido.

Quando erat Omnipotens mecum, et in circumitu meo pueri mei. Quando Deum habebat in tabernaculo suo: virtutes ante eum stare tamquam pueri perhibentur, quae ideo masculi appellantur, propter vigorem contra vitia resistendi: talibus ministris Job beatus ambiebatur.

Quando lavabam pedes meos butyro. Pedum vocabulo in Scripturis divinis, modus quidam humanae conversationis plerumque intelligendus est. Lavabam, inquit, ab omni peccati macula actus meos, et cum innocentia et simplicitate versabar.

Et petra fundebat mihi rivos olei. Juxta hunc sensum Moyses ait: Suxerunt mel de petra, et oleum de firmissima petra: secundum delectationem volentium, ore sapiebat. Et cum petra illa Christum secundum Apostolum figuraret, oleo tamen isto dona Spiritus sancti, sanctus Job largiter sibi effusa voluit demonstrare. Hic est ergo oleum vivum, et verum, qui est Spiritus sanctus Patri et Filio consubstantialis. Hoc ergo oleo sanctus Job abundabat, quo et charitatis pinguedine replebatur.

Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabam cathedram mihi. Manifestum est, quia Judaeorum judices in portis sedebant, ut vindicarent populum.

Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhaerebat. Reverentiam pii, et sancti timoris, quam ei non solum omnis aetas, verum etiam universae potestates merito deferebant, his versiculis demonstravit.

Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum, cui non esset adjutor. Tam sancta erat, ut ait, praesens conversatio ejus, quam fama referebat.

Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduae consolatus sum. Pupillus, pauper et vidua, omne genus humilium atque afflictorum significat, quorum nullum sanctus Job praeteriit, vel despexit.

Justitia indutus sum, et vestivit me sicut vestimento, et diademate judicio meo. Justitia, judicium rectum, misericordia, haec erant animae illius indumenta.

Oculus fui caeco, et pes claudo. Affectus pietatis ejus atque misericordiae in his sermonibus demonstratur, sive erant ignorantiae tenebris lumen praebui veritatis, et claudicanti in viis Domini, recte viae itinera demonstravi.

Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam, diligentissime investigabam. Negotia causasque pauperum contra potentes suscipiendo, defensor eorum factus erat, et judex. Et idcirco ne aliqua adversantium parte opprimerentur, retectis eorum fraudibus, eas investigare dicebat.

Cuando el Omnipotente estaba conmigo, y a mi alrededor mis siervos. Cuando tenía a Dios en su tabernáculo: se dice que las virtudes estaban ante él como siervos, los cuales son llamados varones por el vigor para resistir a los vicios: de tales ministros estaba rodeado el bienaventurado Job.

Cuando lavaba mis pies con mantequilla. Con la palabra "pies" en las divinas Escrituras, se debe entender generalmente un cierto modo de conducta humana. Lavaba, dice, mis actos de toda mancha de pecado, y me comportaba con inocencia y simplicidad.

Y la roca me derramaba ríos de aceite. En este sentido dice Moisés: "Chuparon miel de la peña, y aceite de la durísima roca": según el deleite de los que querían, sabía dulce en la boca. Y aunque aquella roca, según el Apóstol, figuraba a Cristo, sin embargo, con este aceite el santo Job quiso demostrar que los dones del Espíritu Santo le eran derramados abundantemente. Este es, pues, el aceite vivo y verdadero, que es el Espíritu Santo, consustancial al Padre y al Hijo. Por tanto, el santo Job abundaba en este aceite, con el cual también se llenaba de la abundancia de la caridad.

Cuando salía a la puerta de la ciudad, y en la plaza me preparaba mi silla. Es manifiesto que los jueces de los judíos se sentaban en las puertas para juzgar al pueblo.

Me veían los jóvenes y se escondían, y los ancianos, levantándose, permanecían de pie. Los príncipes cesaban de hablar y ponían el dedo sobre su boca. Los caudillos contenían su voz, y su lengua se adhería a su garganta. Con estos versículos demostró la reverencia del piadoso y santo temor que no solo toda edad, sino también todas las potestades, le rendían merecidamente.

El oído que me oía me proclamaba bienaventurado, y el ojo que me veía daba testimonio de mí, porque había librado al pobre que clamaba y al huérfano que no tenía ayudador. Tan santa era, como dice, su conducta presente, como la fama la refería.

La bendición del que iba a perecer venía sobre mí, y consolé el corazón de la viuda. El huérfano, el pobre y la viuda significan todo género de humildes y afligidos, a ninguno de los cuales el santo Job pasó de largo o despreció.

Me vestí de justicia, y ella me vistió como con un vestido, y mi juicio como con una diadema. La justicia, el juicio recto, la misericordia, estas eran las vestiduras de su alma.

Fui ojo para el ciego y pie para el cojo. El afecto de su piedad y misericordia se demuestra en estas palabras, como si dijera: a los que estaban en las tinieblas de la ignorancia les ofrecí la luz de la verdad, y al que cojeaba en los caminos del Señor, le mostré las sendas del camino recto.

Fui padre de los pobres, y la causa que no conocía, la investigaba con suma diligencia. Al tomar los negocios y las causas de los pobres contra los poderosos, se había convertido en su defensor y juez. Y por eso, para que no fueran oprimidos por ninguna de las partes adversarias, decía que investigaba sus causas, descubriendo sus fraudes.

Conterebam molas iniqui, et dentibus illius auferebam praedam. Hic velut rapacem bestiam et violentam hominem iniquum describit: de cujus ore substantiam pauperum vi abstulerit.

Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies. Nidus ejus, exterior homo ejus intelligendus est, qui de feno carnis illius compositus a Deo fuerat, et constrictus. Omnis enim caro fenum. In hoc igitur nido semper se mori sub testificatione dicebat, dum vitiis mundi, et ejus concupiscentiis non vivebat, et ob hoc in resurrectione, velut palma, multiplices dies et aeternos habebit.

Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea. Spes mea, et fides quae ex hac exspectatione mea sunt, patent ad divina eloquia, quarum consolatione, ne in infidelitate mentis meae viror arescat, infunditur.

Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant, exspectabant sententiam, et intenti tacebant ad consilium meum. Gloria mea et caetera potest in virtutibus crescentis bonae conscientiae fructus et novus semper profectus intelligi. In arcu vero resistentis ac repugnantis vigorem significari existimo, qui in manus sancti operis contra obvios quosque, et hostiles vitiorum impetus praeparetur. Sicut ait David in psalmo: Et posuisti ut arcum aereum brachia mea, quod est, fecisti infatigabilem intentionem bonorum operum meorum.

Verbis meis addere nihil audebant, et super illos stillabat eloquium meum. Quia jam auctoritas sapientiae ubique fuerat divulgata: nemo quasi detrectans, ad verba ejus quicquam addere praesumebat, quinimmo stillabat super eos eloquium illius: id est, sensus interiora viscerum penetrabat, ut eorum infusa praecordiis, a tali magistro perfecti atque optimi discipuli redderentur.

Exspectabant me sicut pluviam, et os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Pluviae nomine, copiosam valde eruditionem suae scientiae demonstrat, et laudat auditores suos, quod disputante eo, cum grandi desiderio exspectaverint.

Si quando ridebam ad eos, non credebant. Tanta inquit, reverentia et honore a praedictis habebar, ut sapientiae meae, et gravitati non posset indulgentiae aliquid ac remissionis, quae ad temperamentum magis morum pertinebant, congruere. Et idcirco ipso a me pietatis fiebat studio, ut affectus amoris ac dilectionis eorum mei admiratione proficeret.

Et lux vultus mei non cadebat in terram. Gratia reverentiae, quam in ejus facie refulgentem contuebantur, apud praedictos non pro nihilo habebatur. Non enim aliquid ejus nutibus frustra fieri existimabant, et idcirco quasi magnum atque praecipuum in se praedicti suscipiebant, quicquid in serenitate vultus illius contemplabantur.

Quebrantaba las muelas del inicuo, y de sus dientes le arrebataba la presa. Aquí describe al hombre inicuo como una bestia rapaz y violenta, de cuya boca arrebató por la fuerza la sustancia de los pobres.

Y decía: En mi nido moriré, y como la palmera multiplicaré mis días. Su nido ha de entenderse como su hombre exterior, que había sido compuesto y trabado por Dios del heno de su carne. Porque toda carne es heno. En este nido, por tanto, decía que siempre moría bajo testimonio, mientras no vivía para los vicios del mundo y sus concupiscencias, y por esto en la resurrección, como una palmera, tendrá múltiples y eternos días.

Mi raíz estaba abierta junto a las aguas, y el rocío morará en mi cosecha. Mi esperanza, y la fe que procede de esta expectación mía, están abiertas a las divinas elocuencias, por cuya consolación se infunde, para que no se seque el verdor de mi mente en la infidelidad.

Mi gloria siempre se renovará, y mi arco en mi mano se restaurará. Los que me oían, esperaban mi sentencia, y atentos callaban ante mi consejo. "Mi gloria", etc., puede entenderse como el fruto y el progreso siempre nuevo en las virtudes de una creciente buena conciencia. En el arco, sin embargo, creo que se significa el vigor del que resiste y se opone, que se prepara en las manos de la obra santa contra todos los que se oponen y contra los hostiles ímpetus de los vicios. Como dice David en el salmo: "Y pusiste mis brazos como un arco de bronce", lo que es, hiciste infatigable la intención de mis buenas obras.

A mis palabras nada osaban añadir, y sobre ellos goteaba mi elocuencia. Porque ya la autoridad de su sabiduría por doquier había sido divulgada, nadie, como si la menospreciara, presumía añadir nada a sus palabras; antes bien, goteaba sobre ellos su elocuencia: es decir, el sentido penetraba lo más íntimo de sus entrañas, para que, infundido en sus corazones, por tal maestro fueran hechos discípulos perfectos y óptimos.

Me esperaban como a la lluvia, y abrían su boca como para el aguacero tardío. Con el nombre de lluvia, demuestra la muy copiosa erudición de su ciencia, y alaba a sus oyentes, porque mientras él disputaba, esperaban con gran deseo.

Si alguna vez me reía con ellos, no lo creían. Con tanta reverencia y honor, dice, era tenido por los susodichos, que a mi sabiduría y gravedad no podía convenir nada de indulgencia y remisión, que pertenecían más bien al temperamento de las costumbres. Y por eso, se hacía por mí con un estudio de piedad, para que el afecto de su amor y dilección progresara por la admiración hacia mí.

Y la luz de mi rostro no caía en tierra. La gracia de la reverencia, que contemplaban refulgente en su rostro, no era tenida por nada entre los susodichos. Pues no estimaban que nada se hiciera en vano por sus gestos, y por eso los susodichos recibían en sí como algo grande y principal cuanto contemplaban en la serenidad de su rostro.

Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. Cumque sederem, quasi rex circumstante exercitu, eram tamen moerentium consolator. Dignationem suam et sanctam humilitatem his sermonibus manifestat, qua ad inferiores suos, quasi ad amicos sibique coaequales abierit, et se in regni potentia, miseris et moerentibus praebuisse.

Nunc autem derident me juniores tempore. Manifestum est.

Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Non hoc typho superbiae atque divitiarum jactantia fecerat, sed utilitate impiorum, et deridentium illum, quorum patres nec canibus quondam ejus digni fuerint comparari.

Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, et vita ipsa putabantur indigni. Egestate et fame steriles. Id est, ignominiae vilitate despecti.

Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate, et miseria. Et manducabant herbas, et arborum cortices, et radix juniperorum erat cibus eorum. Qui de convallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. Prae miseria et aviditate, haec etiam quae extra cibum erant, vel hominum, vel ferarum, tanquam epulas ac delicias invadebant, humectas convalles prae nimia egestate sugentes.

In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terrae, vel super glaream. Qui inter hujuscemodi laetabantur. Qui etiam, ut ait, in locis sterilibus, et inaquosis, sive dumibus, quasi repentia terrae, in foraminibus morabantur: quos imbres montium rigant.

Et esse sub sentibus delicias computabant. Si in aestu suo, vilissimorum stirpium foliis tegerentur.

Filii stultorum et ignobilium, et in terra penitus non parentes. Nunc in eorum canticum versus sum, et factus sum eis in proverbium. Abominantur me, et longe fugiunt a me, et faciem meam conspuere non verentur. Obscuri, et memoria penitus indigni.

Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me, et frenum posuit in os meum. Pharetram existimo multitudinem plagarum, vel ipsum diabolum, vel potestatem illius hoc loco intelligi oportere. Quam sicut Job ait, Deus aperuit, dum circa eum diabolus suam exercuit potestatem, unde eum, et jaculis tormentorum afflixit. Insuper etiam frenum ei silentii in ore ne loqueretur imposuit.

Ad dexteram orientis calamitates meae illico surrexerunt. Id est, vel in ipso tempore felicitatis, quod gravissimum probatur, exortae sunt, vel permissu divinae potestatis impositae sunt. Ipse est enim oriens ex alto, ipse dextera et virtus Altissimi.

Si hubiera querido ir a ellos, me sentaba el primero. Y cuando me sentaba, como un rey rodeado de su ejército, era sin embargo consolador de los que lloraban. Manifiesta su condescendencia y santa humildad con estas palabras, en que se acercó a sus inferiores como a amigos y a sus iguales, y en el poder de su reino, se ofreció a los míseros y a los que lloraban.

Pero ahora se ríen de mí los más jóvenes en tiempo. Esto es manifiesto.

A cuyos padres no me dignaba poner con los perros de mi rebaño. No había hecho esto por el engreimiento de la soberbia o la jactancia de las riquezas, sino por la utilidad de los impíos y de los que se burlaban de él, cuyos padres ni siquiera fueron dignos en otro tiempo de ser comparados con sus perros.

El vigor de cuyas manos era para mí como nada, y eran considerados indignos de la vida misma. Estériles por la indigencia y el hambre. Es decir, despreciados por la vileza de su ignominia.

Los que roían en la soledad, escuálidos por la calamidad y la miseria. Y comían hierbas y cortezas de árboles, y la raíz de los enebros era su alimento. Quienes, arrebatando estas cosas de los valles, cuando encontraban alguna, corrían hacia ellas con un clamor. A causa de la miseria y la avidez, se apoderaban de estas cosas que no eran alimento ni para hombres ni para bestias, como si fueran festines y delicias, sorbiendo los húmedos valles por su extrema indigencia.

Habitaban en los desiertos de los torrentes, y en las cavernas de la tierra, o sobre la grava. Quienes se regocijaban entre tales cosas. Quienes también, como dice, moraban en lugares estériles y sin agua, o entre espinos, como reptiles de la tierra, en agujeros: a quienes riegan las lluvias de las montañas.

Y consideraban una delicia estar bajo los espinos. Si en su calor, se cubrían con las hojas de los más viles arbustos.

Hijos de necios y de innobles, y que en la tierra no aparecen en absoluto. Ahora me he convertido en su canción, y he llegado a ser para ellos un proverbio. Me abominan, y huyen lejos de mí, y no temen escupir en mi rostro. Hombres oscuros y totalmente indignos de memoria.

Pues ha abierto su aljaba, y me ha afligido, y ha puesto un freno en mi boca. Estimo que por "aljaba" en este lugar debe entenderse la multitud de plagas, o el diablo mismo, o su poder. La cual, como dice Job, Dios abrió, cuando el diablo ejerció su poder en torno a él, de donde también lo afligió con los dardos de los tormentos. Además, también le impuso en la boca un freno de silencio para que no hablara.

A la diestra del oriente mis calamidades al instante se levantaron. Es decir, o surgieron en el mismo tiempo de la felicidad, lo cual se demuestra gravísimo, o fueron impuestas con el permiso del poder divino. Pues él mismo es el oriente desde lo alto, él mismo es la diestra y el poder del Altísimo.

Pedes meos subverterunt, et oppresserunt quasi fluctibus semitis sui. Id est, calamitates meae frequenti repetitione me affligentes, velut fluctibus omnes vias rectas conversationis meae subverterunt.

Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, et praevaluerunt, et non fuit qui ferret auxilium. Id est, itinera mea, quibus per viam justitiae quotidianis profectibus incedebam, inimici mei conturbaverunt, in injuriam meam ex insperato, velut ex insidiis erumpentes, negantibus mihi proximis meis consolationis auxilium.

Quasi rupto muro, et aperta janua irruerunt super me, et ad meas miserias devoluti sunt. Tam veloci, inquit, impetu praedicta mala super me irruerunt, ut nullo resistente obstaculo, in me desuper volverentur.

Redactus sum in nihilum. Abstulit quasi ventus desiderium meum, et velut nubes pertransiit salus mea. Quo remunerationes tuas pro mandatorum tuorum custodia praestolabar, pariter cum salute, quasi venti impetu, et quasi transvolantis nubis [Al. nobis] celeritate rapuisti, quia abripi permisisti.

Tunc autem in memetipso marcescit anima mea, et possident me dies afflictionis. Marcescit, id est, a vigore suae intentionis dissolvitur.

Nocte os meum perforatur doloribus, et qui me comedunt, non dormiunt. Manifestum est, quia vermes qui carnes ejus comedebant, noctes ducebant pervigiles.

In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capitio tunicae succinxerunt me. Scatentium vermium multitudo, semper se commovens, et per diversos vulnerum meorum sinus discurrens, vestem quoque meam, dum per me repere non cessat, attrivit: quem totum atque ex omni parte circumdatum, et quasi in unum vulnus redactum incessabili esu haustuque discruciat.

Comparatus sum luto, et assimilatus sum favillae et cineri. Ad summam vilitatem perductum se dicit, qui vulneribus et sanie, sicut lutum computresceret, et foeteret: exsiccantibus rursus carnis ejus putredinem, sordibus pulveris.

Clamo ad te, et non exaudis me: sto, et non respicis me. In clamore intentio est orantis ad Deum. In eo vero quod stare se perhibet, perseverantiam se ad Deum habere indeclinabilem dixit. Fiducia justitiarum suarum ad Deum: haec libere Job sanctus loquitur.

Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus tuae adversaris mihi. Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me valde. Pium et misericordem Deum esse dicit in prosperis suis durum atque crudelem, cum manus duritiam, et graves poenas sustinet et atroces.

Subvirtieron mis pies, y me oprimieron como con olas por sus sendas. Es decir, mis calamidades, afligiéndome con frecuente repetición, subvirtieron como con olas todos los caminos rectos de mi conducta.

Disiparon mis caminos, me acecharon y prevalecieron, y no hubo quien me auxiliara. Es decir, mis enemigos perturbaron mis caminos, por los cuales avanzaba con progresos cotidianos por la vía de la justicia, irrumpiendo para mi daño de forma inesperada, como desde una emboscada, mientras mis prójimos me negaban el auxilio de la consolación.

Como por un muro roto y una puerta abierta, se abalanzaron sobre mí, y se precipitaron hacia mis miserias. Con tan veloz ímpetu, dice, se abalanzaron sobre mí los males antedichos, que sin obstáculo que resistiera, se revolvieron sobre mí desde arriba.

He sido reducido a la nada. Se ha llevado mi deseo como un viento, y como una nube ha pasado mi salvación. Donde esperaba tus remuneraciones por la observancia de tus mandamientos, junto con la salvación, las arrebataste con el ímpetu del viento y con la celeridad de una nube que pasa [Alt: para nosotros], porque permitiste que fueran arrebatadas.

Entonces, sin embargo, mi alma languidece dentro de mí, y los días de aflicción me poseen. Languidece, es decir, se disuelve del vigor de su intención.

De noche mi boca es perforada por los dolores, y los que me comen no duermen. Es manifiesto, porque los gusanos que comían sus carnes pasaban las noches en vela.

En su multitud se consume mi vestidura, y me han ceñido como con el cuello de una túnica. La multitud de gusanos que pululan, moviéndose siempre y recorriendo las diversas aberturas de mis heridas, ha desgastado también mi vestidura, mientras no cesa de arrastrarse sobre mí: a quien, rodeado por completo y por todas partes, y como reducido a una sola herida, atormenta con incesante comer y beber.

Soy comparado al lodo, y asemejado a la brasa y la ceniza. Dice que ha sido llevado a la suma vileza, quien con heridas y podre, como el lodo, se pudriría y apestaría: secando luego la suciedad del polvo la putrefacción de su carne.

Clamo a ti, y no me escuchas; estoy de pie, y no me miras. En el clamor está la intención del que ora a Dios. En verdad, en el hecho de que afirma estar de pie, dijo que tiene una perseverancia inquebrantable hacia Dios. Confianza en su propia justicia ante Dios: estas cosas habla libremente el santo Job.

Te has cambiado para mí en uno cruel, y en la dureza de tu mano te opones a mí. Me has elevado y, como si me pusieras sobre el viento, me has derribado con violencia. Dice que Dios, que es piadoso y misericordioso en sus tiempos prósperos, es duro y cruel, cuando soporta la dureza de su mano y penas graves y atroces.

Scio, quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi. Post delictum parentis, inquit, domus inferiorum est constituta, id est, mors ipsa, non conditione ejus creata. Illuc ergo et me tanquam peccatoris Adae filium, secundum justam sententiam abire voluisti.

Verumtamen non ad consumptionem eorum. Reconciliationem mundi prophetat in Christo futuram, dum dicit homines non in perpetuam consumptionem redigendos, sed aliquando ab inferis revocandos.

Emittis manum tuam: et si corruerint, ipse salvabis. Si post redemptionem, qua per fidem in Christo salvamur, iterum per peccatum ruerint homines, manu pietatis allevante, per poenitentiam ipse salvabit.

Flebam quondam super eo, qui afflictus erat: et compatiebatur anima mea pauperi. Exspectabam bona, et venerunt mihi mala, praestolabar lucem, et eruperunt tenebrae. Factum est, ut pro bonorum exspectatione, qua miseros consolabar, mala nunc omnia sustinerem, et pro luce prosperitatis, tenebras incurrerem tormentorum.

Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie: praevenerunt me dies afflictionis. Ubi ait, quod eum dies afflictionis praevenerint, puto quod tempus judicii voluerit indicare: quo praeventum se idcirco videtur dixisse, quia cum sibi necdum venturum putaverit: ubi etiam magnum dolorem gehennarum significat, dum suas illis comparat poenas.

Moerens incedebam, sine furore consurgens, in turba clamabam. Tristis et affectus moestitia, quia poenae meritum nesciebam, et sine furoris iracundia, eram in spem animi virtute consurgens: quia Deus docuerat me patientiam, ut aequanimiter ferrem, publica satisfactione vociferans, et exorans.

Frater fui draconum, et socius struthionum. Cruciatu poenarum affectus, dolores meos sibilis temperabam: quemadmodum facere dicuntur dracones, quando ab elephantis capiuntur: ut propheta ait: Faciam planctum velut draconum: quem faciunt ut dixi, quando ab elephantis interficiuntur. Et socius struthionum: fatuus factus sum et insipiens, ut struthio, avis stultissima, ut prae dolore frustra me existiment laborasse.

Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt prae caumate. Et hoc ad poenarum ejus cumulum pertinebat, ut in stercore constitutus, per multa tempora, solis ardentissimos usque ad ossa pateretur radios.

Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium. His rebus, dicit felicium dierum suorum atque prosperitatis laetitiam, et jucunditatem in luctum esse conversam.

ITEM. Ad Christi personam vertitur expositio.

Sé que me entregarás a la muerte, donde está establecida una casa para todo viviente. Después del delito del primer padre, dice, fue establecida la casa de los infiernos, es decir, la muerte misma, no creada por su condición. Por tanto, has querido que también yo, como hijo del pecador Adán, vaya allá según una justa sentencia.

Sin embargo, no para su consumación. Profetiza la futura reconciliación del mundo en Cristo, al decir que los hombres no han de ser reducidos a una consumación perpetua, sino que en algún momento han de ser llamados de los infiernos.

Extiendes tu mano; y si cayeren, tú mismo los salvarás. Si después de la redención, por la cual somos salvados por la fe en Cristo, los hombres cayeren de nuevo por el pecado, Él mismo los salvará por la penitencia, levantándolos con mano piadosa.

En otro tiempo lloraba por el que estaba afligido, y mi alma se compadecía del pobre. Esperaba bienes, y me vinieron males; aguardaba la luz, y prorrumpieron las tinieblas. Sucedió que, en lugar de la expectativa de bienes con la que consolaba a los desdichados, ahora soporto todos los males, y en lugar de la luz de la prosperidad, incurro en las tinieblas de los tormentos.

Mis entrañas hirvieron sin descanso alguno; me sobrevinieron los días de la aflicción. Donde dice que los días de aflicción lo han sobrevenido, pienso que quiso indicar el tiempo del juicio; y parece haber dicho que lo sobrevino por esta razón, porque pensaba que aún no le llegaría; donde también significa el gran dolor de la Gehena, al comparar sus propias penas con aquellas.

Avanzaba enlutado, levantándome sin furor, clamaba en medio de la multitud. Triste y afectado por la congoja, porque no conocía el mérito de la pena, y sin la ira del furor, me levantaba en esperanza por la virtud del espíritu: porque Dios me había enseñado la paciencia, para que lo soportara con ecuanimidad, vociferando y suplicando con pública satisfacción.

He sido hermano de los dragones y compañero de los avestruces. Afectado por el suplicio de las penas, moderaba mis dolores con silbidos, tal como se dice que hacen los dragones cuando son capturados por los elefantes; como dice el profeta: Haré un lamento como el de los dragones, el cual hacen, como dije, cuando son muertos por los elefantes. Y compañero de los avestruces: me he vuelto necio e insensato, como el avestruz, ave estupidísima, de modo que por el dolor estiman que he trabajado en vano.

Mi piel se ha ennegrecido sobre mí, y mis huesos se han secado por el ardor. Y esto también pertenecía al cúmulo de sus penas, que, puesto en un estercolero, durante mucho tiempo, padeciera hasta los huesos los rayos ardentísimos del sol.

Mi cítara se ha convertido en luto, y mi órgano en la voz de los que lloran. Con estas cosas, dice que la alegría y el gozo de sus días felices y de su prosperidad se han convertido en luto.

ÍTEM. La exposición se vuelve hacia la persona de Cristo.

Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, etc. In assumpto homine Jesu Christo, id est, Adam secundo, sive novissimo: vox est Adam protoplasti recolentis quid perdiderit, et ad quod bonum redire cupiat. Amiserat quippe per inobedientiae malum, immortalitatis bonum, paradisique delicias: hanc sibi per Jesum Christum Dominum nostrum instaurari desiderat. Suscipiendo namque in se Dei Filius hominis filium, suscepit in eo et humani generis preces.

Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris. Gloriam divinae gratiae, nomine lucernae qua in paradiso floruerat, significavit.

Sicut fui in diebus adolescentiae meae, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo. Adolescentiae nomine possunt primordia Adae intelligi, vel ipsa felicitas: ubi ante peccatum, juvenili vigore, sine ullo defectu aetatis semper virens, quasi in diebus adolescentiae fuisse dicitur.

Quando erat omnipotens mecum, et in circuitu meo pueri mei. Pueri Adam, virtutes animae intelligendae sunt. Pueros autem Christi angelos, qui ministraverunt ei in diebus carnis ejus, vel apostolos, sive omnes sanctos non absurde sentimus.

Quando lavabam pedes meos butyro, et petra fundebat mihi rivos olei. Pedes igitur Salvatoris, praedicatores veritatis: qui in universo mundo annuntiant Evangelium, intelligendi sunt. Hos igitur pedes suos Jesus Christus, Job noster, lacte sive butyro eluit atque abstersit, quando eos a tribulationum pressuris sinceros atque purissimos reddidit: docens eos per spiritum suum, simplicis innocentiae vitam. Hoc igitur modo pedes annuntiantis pacem Evangelii mundabuntur. Ne coinquinati essent carnalis sapientiae luto: Petra, inquit, fundebat mihi rivos olei. Ergo petra Ecclesia, fundata super Christum firmissimam petram, de se gratiam Spiritus sancti, velut rivos effundit: quod in Pentecoste, et domo Cornelii, et in illis duodecim, sive in omni Ecclesia declaratum est, et usque hodie declaratur.

Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea ponebant cathedram mihi. Velut rex ergo, et Dominus primus civitatis suae Ecclesiae, ad portam ejus Christus procedit; id est, sub tempore initiorum ejus: quando ingressum parans dicebat omnibus: Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis. Cathedra autem eminens scientia Christi intelligenda est: platea autem civitatis, vel quod publice praedicaverit, vel secundum Psalmistae sensum est intelligenda: latum mandatum tuum nimis. Quod non solum in triplicem expositionem, sed etiam in disputationem porrigitur.

¿Quién me concediera que fuera como en los meses de antaño, etc.? En el hombre asumido Jesucristo, es decir, el segundo o último Adán, es la voz de Adán, el primer formado, que recuerda lo que perdió y a qué bien desea volver. Pues había perdido, por el mal de la desobediencia, el bien de la inmortalidad y las delicias del paraíso; desea que esto le sea restaurado por Jesucristo nuestro Señor. Pues al acoger en sí el Hijo de Dios al hijo del hombre, acogió en él también las plegarias del género humano.

Cuando su lámpara brillaba sobre mi cabeza, y a su luz caminaba yo en las tinieblas. Significó la gloria de la gracia divina con el nombre de la lámpara con la que había florecido en el paraíso.

Como fui en los días de mi adolescencia, cuando en secreto Dios estaba en mi tabernáculo. Con el nombre de adolescencia se pueden entender los primordios de Adán, o la felicidad misma: donde antes del pecado, con vigor juvenil, siempre floreciente sin ningún defecto de la edad, se dice que estuvo como en los días de la adolescencia.

Cuando el Omnipotente estaba conmigo, y mis criados a mi alrededor. Por los criados de Adán, deben entenderse las virtudes del alma. Sin embargo, no consideramos absurdo entender los criados de Cristo como los ángeles que le servían en los días de su carne, o los apóstoles, o todos los santos.

Cuando lavaba mis pies con manteca, y la piedra me derramaba arroyos de aceite. Por tanto, los pies del Salvador deben entenderse como los predicadores de la verdad, que anuncian el Evangelio en todo el mundo. Jesucristo, nuestro Job, lavó y limpió estos pies suyos con leche o manteca cuando los volvió sinceros y purísimos de las presiones de las tribulaciones, enseñándoles por su Espíritu una vida de inocencia simple. De este modo, por tanto, se limpiarán los pies del que anuncia la paz del Evangelio. Para que no se mancharan con el lodo de la sabiduría carnal: La piedra, dice, me derramaba arroyos de aceite. Por tanto, la piedra es la Iglesia, fundada sobre Cristo, piedra firmísima, que derrama de sí la gracia del Espíritu Santo como arroyos; lo cual fue declarado en Pentecostés, y en la casa de Cornelio, y en aquellos doce, o en toda la Iglesia, y se declara hasta el día de hoy.

Cuando salía a la puerta de la ciudad, y en la plaza me ponían la cátedra. Como rey, pues, y Señor primero de su ciudad, la Iglesia, Cristo sale a su puerta; es decir, en el tiempo de sus inicios, cuando preparando la entrada decía a todos: Venid a mí todos los que trabajáis y estáis cargados. Además, la cátedra debe entenderse como la eminente ciencia de Cristo; y la plaza de la ciudad debe entenderse o bien porque predicó públicamente, o bien según el sentido del Salmista: Tu mandamiento es sumamente amplio. Lo cual se extiende no solo a una triple exposición, sino también a una disputa.

Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentes stabant. His scribit Joannes dicens, Scribo vobis, juvenes, quia fortes estis, et vicistis malignum. Hi per fidem Domini, Salvatorem vident in spiritu, et in terra sui corporis absconduntur: reprimentes videlicet atque in se pugnando vitia cohibentes: mortificantes semetipsos a peccatis, et concupiscentiis mundi. Hinc ait propheta: Ascendite vos in terram. Senes vero filii consummati, et perfecti, qui quotidie mente elevantur ad coelum, et stant in Domino, fide immobilis vitae.

Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo: vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi eorum adhaerebat. In adventu, inquit, meo omnium sanctorum meorum prophetia conclusa est, et signata, quod in Zachariae silentio praefiguratum est. Clausa est quidem prophetia in mysterio annuntiatorum, sed in sacramentorum mysteriis patefacta est. Principes et duces illius populi Judaeorum fuerunt reges, sacerdotes et prophetae. Sive principes et duces, potentes quique mundi istius atque eloquentes possunt intelligi, qui propter mendacia seductionis, principatus in populis tenebant. Hi in adventu Christi conticuerunt.

Auris audiens beatificabat me. Gentium utique populus, ad quem Evangelium meum, annuntiatum praedicatione pervenit. Qui pro redemptione sua laudem deferens, beatificabat me gratias agendo.

Et oculus videns, testimonium reddebat mihi. Populus videlicet Judaeorum, cui per prophetas meos praedictus fueram, in praesentia adventus mei testimonium reddebat mihi.

Eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum cui non erat adjutor. Pauper hic et pupillus, sanctorum populus est intelligendus: qui propter humilitatem spiritus contribulati, pauper est dictus. Pupillus vero idcirco dictus est, quia pater eorum pro tempore absens est: qui ita loquitur: Non relinquam vos orphanos.

Benedictio pueri, sive ut alii dixerunt, perituri, super me veniebat, et cor viduae consolatus sum. Pupillus fidelis, et sanctus: puer, propter reciprocatam innocentiam nuncupatus est. Perditus vero idem appellatus est, quia sanguine Domini acquisitus est.

Justitia indutus sum, et vestivit me sicut diademate judicio meo. Justitia ergo haec pietatis meae, ait Dominus, vestivit me sicut vestimento. Et diademate judicio meo. Hoc, inquam, vestimento, in quo per Evangelium justitia patris revelatur: in Ecclesia dicit se esse circumdatum: cujus figuram habuit vestis ejus in monte clarificati.

Oculus fui caeco, et pes claudo. Lumen, inquit, sum peccatori in vitiorum suorum tenebris ambulanti, et in praeceptorum meorum semitis claudicanti factus sum gressus. Unde ipse ait: Ego sum via.

Me veían los jóvenes y se escondían, y los ancianos, levantándose, estaban de pie. A estos escribe Juan diciendo: Os escribo, jóvenes, porque sois fuertes y habéis vencido al maligno. Estos, por la fe del Señor, ven al Salvador en el espíritu, y se esconden en la tierra de su cuerpo; a saber, reprimiendo y conteniendo los vicios al luchar en sí mismos, mortificándose de los pecados y de las concupiscencias del mundo. De aquí dice el profeta: Ascended a la tierra. Pero los ancianos son los hijos consumados y perfectos, que diariamente se elevan con la mente al cielo y permanecen en el Señor por la fe de una vida inmóvil.

Los príncipes cesaban de hablar y ponían el dedo sobre su boca; los jefes contenían su voz y su lengua se pegaba a su garganta. En mi venida, dice, la profecía de todos mis santos quedó concluida y sellada, lo cual fue prefigurado en el silencio de Zacarías. La profecía quedó cerrada en el misterio de lo anunciado, pero fue abierta en los misterios de los sacramentos. Los príncipes y jefes de aquel pueblo de los judíos fueron los reyes, sacerdotes y profetas. O bien los príncipes y jefes pueden entenderse como cualesquiera poderosos y elocuentes de este mundo que, debido a las mentiras de la seducción, detentaban el liderazgo entre los pueblos. Estos callaron ante la venida de Cristo.

El oído que oía me bendecía. Ciertamente el pueblo de las naciones, al cual llegó mi Evangelio anunciado por la predicación. El cual, ofreciendo alabanza por su redención, me bendecía dando gracias.

Y el ojo que veía, daba testimonio de mí. A saber, el pueblo de los judíos, al cual yo había sido predicho por medio de mis profetas, daba testimonio de mí en la presencia de mi venida.

Porque yo había librado al pobre que clamaba, y al huérfano que no tenía quien lo ayudara. Este pobre y huérfano debe entenderse como el pueblo de los santos, que por la humildad del espíritu atribulado es llamado pobre. En verdad, es llamado huérfano por esto, porque su padre está ausente por un tiempo, quien habla así: No os dejaré huérfanos.

La bendición del niño, o como otros dijeron, del que iba a perecer, venía sobre mí, y consolé el corazón de la viuda. El huérfano fiel y santo es llamado niño por su inocencia correspondida. Pero el mismo es llamado 'perdido' (el que iba a perecer) porque fue adquirido por la sangre del Señor.

Me vestí de justicia, y me vistió como un diadema en mi juicio. Por tanto, esta justicia de mi piedad, dice el Señor, me vistió como un vestido. Y con un diadema en mi juicio. Con este vestido, digo, en el cual se revela la justicia del Padre por el Evangelio, dice que está rodeado en la Iglesia; del cual tuvo figura su vestidura en el monte de la Transfiguración.

Fui ojo para el ciego y pie para el cojo. Soy, dice, luz para el pecador que camina en las tinieblas de sus vicios, y me hice paso para el que cojea en las sendas de mis preceptos. De donde Él mismo dice: Yo soy el camino.

Pater eram pauperum, id est, humilium corde.

Et causam cum nesciebam, diligenter investigabam. Hanc igitur causam peccaminum misericordia pietatis meae indulturus, diligentissime perscrutabar, ut radicem vulnerum curando perquirerem: ut peccatorem, investigante me, confitentem culpas suas, ab omni peccato criminis liberarem. Sive aliter: Nescivit causas peccati Dominus noster Jesus Christus: quas ab eo Judaei quaerebant.

Conterebam molas iniqui, et de dentibus ejus auferebam praedam. Hunc iniquum diabolum esse recte sentimus, cujus dentes ac molares sunt ad interimendum saevi ac truces animi motus. De hujusmodi, inquit, dentibus velut praedam captivam humanum genus abstraxit, de mortis utique illud interitu liberando. Omnes impii dentes sunt diaboli. Potest et haereticus quisque intelligi, in cujus dentibus doctrina perspicua sentiatur. In molaribus vero lateant remota, et secreta, et nefanda mysteria.

Dicebamque: Innidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies. Nidus Domini Salvatoris, Ecclesia ejus potest intelligi. Hic igitur Dominus, in Ecclesia quasi nidulo suo, quem sibi feno carnis humanae congessit, et in qua procreat ac fovet filios, mori dicitur, dum membra ejus, quorum ipse caput est, vitiis ac concupiscentiis hujus saeculi moriuntur. Sequitur: Et sicut palma multiplicabo dies ejus. Igitur post humilitatem Ecclesiae, quam in nidulo superius Dominus indicavit, gloriam altitudinis ejus in palma arbore voluit ostendere: cujus radix aspera videtur in terra, unde etiam nidulus appellatur: sed comis pulchra sub coelo, cum ex resurrectione fuerit glorificata, palmae celsitudinem obtinebit, id est, virtutum suarum merita consequetur, quae in palma significantur. Sive nidulus hic populus Judaeorum potest intelligi. In hoc igitur nido, pati et mori pro nobis voluit, sicut ait Judaeis: Moriar, et in eorum mentibus crucifigar: ubi secundum hominem conversatus, et natus sum, et in gentibus, ubi palma victoriae meae, crucisque vexillum erectum est, multiplicabo dies, dicens eis: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.

Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea. Ita erit in nationibus radix, id est, fides qua mihi placeri volui: ut omnes sancti in praeteritis placuerunt: ut pateat gentium aquis, id est, populus, ut in me scilicet credant, quibus utique in retributione aeterna, ros gratiae, et muneris erit me largiente profluus. Sive radix charitatis meae atque dilectionis, quae fixa est in cordibus diligentium me: aperta est in eis ad aquas eloquiorum meorum.

Era padre de los pobres, es decir, de los humildes de corazón.

Por tanto, hombres de juicio, oídme: lejos de Dios la impiedad, y del Omnipotente la iniquidad. Pues devolverá al hombre su obra, y según los caminos de cada uno les restituirá. Pues verdaderamente Dios no condenará en vano, ni el Omnipotente subvertirá el juicio. Como si la impiedad del santo Job hubiera sido expuesta y sacada a la luz en medio de los oyentes para provocar envidia contra Job, como si hubiera hablado cosas impías.

¿A quién constituyó a otro sobre la tierra, o a quién puso sobre el orbe que Él fabricó? Es decir, ¿acaso puso a otro gobernante que discrepase de la justicia del Creador? Él mismo, por tanto, tan poderoso creador como es, es tan piadoso moderador, porque reconoce y ama su propia obra.

Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius et flatum ad se trahet. Deficiet omnis caro simul, et homo in cinerem revertetur. Id est, mundi: nam si omnia quae in eo quotidie geruntur, secundum regulam justitiae suae voluerit intueri, deficiet ac peribit; sed cum pietate potius gubernat ac sustinet. Nam si iniquitatem observaverit, quis sustinebit? Spiritum dixit animam, quae vivificat hominem, et flatum, ipsam praesentem vitam, quae corporibus nostris per anhelitum ex hoc aere ministratur. Haec ergo Heliu dicit ad se trahere Deum, cum aufert hominibus vitam, quam eis creando tribuerat. Possunt per spiritum prophetiae haec loca ita videri figurata, ut nunc in Christo compleantur, quando dispensatione carnis assumptae, Pater eumdem Filium suum, per quem omnia fecit, ad hunc mundum ex suo eructatum corde direxit, ut spiritum ejus et flatum ad se traheret, id est, ut auferret ab eo, per humilitatem crucis, spiritum, id est, superbiam spiritus mundialis: flatum quoque tumentis eloquii, quo anhelans gloriabatur in sermonibus suis. Sic quoque homo in se represso tumore deficeret: ac revertens in seipsum, cognosceret se terram esse et cinerem: ubi secundum moralem intelligentiam, illud de psalmo sentimus: Et auferes spiritum eorum, et deficient, et in terram suam convertentur. Postea ergo quam de virtute Dei et justitia praedictis locutus est, Heliu se rursum ad Job convertens, dicit:

Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur et ausculta vocem eloquii mei. Numquid qui non amat judicium, sanari potest? Et quando tu eum qui justus est, intantum condemnas? Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios. Manifestum est, inquit, quia is qui juste et recte judicare non diligit: neque sanare a vitiis animam, neque corrigere quemquam potest: et quomodo tu sanator es languorum nostrorum, qui iniquitates notare praesumis?

Qui non accipit personas principum, nec cognovit tyrannum, dum disceptaret contra pauperem. Opus enim manuum ejus sunt universi. Secundum mysticos intellectus, principes isti Judaeorum, Scribae et Pharisaei, et sacerdotes possunt intelligi: quos in Evangelio increpat. Tyrannum vero eumdem populum Judaeorum, non ab re esse sentiamus, qui contra coetum sanctorum Ecclesiae, pauperem, humilem spiritu, contritum corde, rejiciendo hodie disceptat: quod facere et tempore apostolorum non desinebat, quando per omnes civitates contra eos pugnas et seditiones agebat. Hos igitur ut infideles et impios Dominus non cognoscet: quibusque etiam manifeste dicturus est: Non novi vos: discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem. Sequitur dicente Heliu de his, de quibus dicit superius:

Subito morientur, et in media nocte. Secundum sensum Apostoli est, qui ait istud de filiis tenebrarum. Cum enim dixerit pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. Mediam vero noctem dictam ideo existimo, eo quod in profunda cordis caecitate positi, spiritualiter moriantur.

Si dirigiera su corazón hacia él, atraerá hacia sí su espíritu y su aliento. Perecerá toda carne a la vez, y el hombre volverá a la ceniza. Es decir, del mundo: pues si quisiera mirar todas las cosas que en él se hacen diariamente según la regla de su justicia, desfallecería y perecería; pero más bien lo gobierna y sostiene con piedad. Pues si observara la iniquidad, ¿quién subsistirá? Llamó espíritu al alma, que vivifica al hombre, y aliento, a la presente vida misma, que se administra a nuestros cuerpos por la respiración de este aire. Estas cosas, pues, dice Eliú que Dios las atrae hacia sí cuando quita a los hombres la vida que les había otorgado al crearlos. Estos pasajes pueden verse así figurados por el espíritu de profecía, de modo que ahora se cumplan en Cristo, cuando por la dispensación de la carne asumida, el Padre dirigió a este mundo a su mismo Hijo, por quien hizo todas las cosas, brotado de su propio corazón, para atraer hacia sí su espíritu y su aliento, esto es, para quitarle, por la humildad de la cruz, el espíritu, es decir, la soberbia del espíritu mundano; y también el aliento de la hinchada elocuencia, con la cual, jadeante, se gloriaba en sus discursos. Así también el hombre, reprimida en sí la hinchazón, desfallecería y, volviendo en sí mismo, reconocería que es tierra y ceniza: donde según la inteligencia moral, percibimos aquello del salmo: 'Y quitarás su espíritu, y desfallecerán, y se convertirán en su tierra'. Después, pues, de haber hablado de la virtud de Dios y de la justicia predichas, Eliú volviéndose de nuevo a Job, dice:

Si tienes, pues, entendimiento, oye lo que se dice y escucha la voz de mi elocuencia. ¿Acaso el que no ama el juicio puede ser sanado? ¿Y cuándo condenas tú hasta tal punto al que es justo? El que dice al rey: apóstata; el que llama a los jefes impíos. Es manifiesto, dice, porque aquel que no ama juzgar justa y rectamente, ni puede sanar el alma de los vicios, ni corregir a nadie; ¿y cómo eres tú sanador de nuestras flaquezas, tú que presumes notar las iniquidades?

El que no hace acepción de personas de príncipes, ni reconoció al tirano cuando disputaba contra el pobre. Pues obra de sus manos son todos. Según los sentidos místicos, pueden entenderse por estos príncipes a los judíos, escribas y fariseos, y sacerdotes, a quienes increpa en el Evangelio. En cuanto al tirano, no sin razón pensemos que es ese mismo pueblo de los judíos, el cual hoy disputa rechazando a la asamblea de los santos de la Iglesia, pobre, humilde de espíritu, contrito de corazón; lo cual no dejaba de hacer también en tiempo de los apóstoles, cuando por todas las ciudades movía peleas y sediciones contra ellos. A estos, por tanto, como infieles e impíos el Señor no los reconocerá, y a los cuales también manifiestamente ha de decir: 'No os conocí: apartaos de mí todos los que obráis la iniquidad'. Sigue diciendo Eliú sobre aquellos de quienes habló arriba:

De repente morirán, y en medio de la noche. Es según el sentido del Apóstol, que dice esto de los hijos de las tinieblas. Pues cuando diga paz y seguridad, entonces les sobrevendrá un repentino exterminio. Considero que se llamó media noche por esto, porque puestos en la profunda ceguera del corazón, mueren espiritualmente.

Turbabuntur populi, et pertransibunt, et auferent violentum absque manu. Oculi enim ejus super vias hominum: et omnes gressus eorum considerat. Secundum Psalmistam: Cum viderit, inquit, justus vindictam impiorum, exemplum videlicet peccatorum hominum pertimescens, manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Hoc igitur modo turbabuntur populi, qua perturbatione terram sensibilem legimus conturbatam: sicut propheta ait ad Deum: Commovisti terram, et conturbasti eam: sana contritiones ejus quia mota est. Sic enim quasi boni viatores ad futurum saeculum pertransibunt, ubi locus non erit impio: aliter nullum habebit adjutorium violentus, quo defendi vel erui possit a pertrahentibus eum ad supplicium mortis.

Non sunt tenebrae, et non est umbra mortis: ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Sive ut alii dixerunt in fine hujus versiculi, ut latitent qui faciunt iniquitatem. Quod utrumque secundum illud Psalmistae sensum est, ita dicentis: Quo ibo a spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam?

Neque enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in judicium. Id est, si habuerit in potestate ut veniat, potest habere ut non veniat.

Conteret multos, et innumerabiles, et stare faciet alios pro eis. Ut de Heli sacerdote et Samuele, Saul et David, Judaeorum populo et gentium.

Novit enim opera eorum, et idcirco inducet noctem, et conterentur. Quasi impios percussit eos in loco videntium. Sub his quoque verbis Heliu significasse potuit ob merita sua Judaeos nocte infidelitatis excaecandos, ut conterantur et humilientur, sicut propheta et Apostolus ait: Dedit illis Deus spiritum compunctionis.

Qui quasi de industria recesserunt ab eo, et omnes vias ejus intelligere noluerunt, ut pervenire facerent ad eum clamorem egeni, et audiret vocem pauperum. Omnes enim peccatores et impii contra inditum sibi bonum naturae agunt: sicut Apostolus ait: Qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt. Ubi autem cognoverunt Deum, nisi inspiratione et judicio mentis? Ubi ergo Deo gloriam suam habuerunt contemptui: ubi ab ea contra suam conscientiam recesserunt, omnesque vias mandatorum Dei, quas suis cordibus habent ingenitas, nosse et intelligere detrectarunt, cum hominibus quoque ita impie et injuste egerunt, ut ad Deum pauperum oppressorum clamor ascenderit. Sive Judaeos impios atque incredulos percussit Deus in loco videntium, id est, in lege Mosaica: ubi prophetae, qui videntes dicti sunt, inhabitant.

Se turbarán los pueblos, y pasarán, y quitarán al violento sin mano. Pues sus ojos están sobre los caminos de los hombres, y considera todos sus pasos. Según el Salmista: 'Cuando viere el justo la venganza de los impíos', temiendo por ejemplo el escarmiento de los hombres pecadores, 'lavará sus manos en la sangre del pecador'. De este modo, pues, se turbarán los pueblos, con cuya perturbación leemos que la tierra sensible fue conturbada, como dice el profeta a Dios: 'Conmoviste la tierra y la conturbaste: sana sus quebrantos porque se ha movido'. Pues así pasarán como buenos viajeros al siglo futuro, donde no habrá lugar para el impío; de otro modo el violento no tendrá auxilio alguno con el cual pueda ser defendido o arrancado de quienes lo arrastran al suplicio de la muerte.

No hay tinieblas, ni hay sombra de muerte, para que se escondan allí los que obran la iniquidad. O como otros dijeron al final de este versículo, para que se oculten los que hacen la iniquidad. Lo cual en ambos casos es según aquel sentido del Salmista que dice así: '¿A dónde iré de tu espíritu, y de tu faz a dónde huiré?'

Pues ya no está en poder del hombre que venga ante Dios a juicio. Es decir, si tuviera en su poder el venir, podría tener el no venir.

Quebrantará a muchos, e innumerables, y hará estar a otros en su lugar. Como sucedió con Elí el sacerdote y Samuel, Saúl y David, el pueblo de los judíos y el de los gentiles.

Pues conoce sus obras, y por eso traerá la noche, y serán quebrantados. Como a impíos los hirió en el lugar de los que ven. Bajo estas palabras también pudo Eliú haber significado que los judíos, por sus merecimientos, habrían de ser cegados por la noche de la infidelidad, para que fuesen quebrantados y humillados, como dicen el profeta y el Apóstol: 'Dios les dio espíritu de remordimiento'.

Quienes como de industria se apartaron de él, y no quisieron entender todos sus caminos, para hacer llegar hasta él el clamor del necesitado, y que oyese la voz de los pobres. Pues todos los pecadores e impíos obran contra el bien de la naturaleza que les fue inserto: como dice el Apóstol: 'Los cuales, habiendo conocido a Dios, no le glorificaron como a Dios'. ¿Y dónde conocieron a Dios, sino por la inspiración y el juicio de la mente? Allí donde tuvieron en desprecio la gloria de Dios; allí donde se apartaron de ella contra su propia conciencia, y rehusaron conocer y entender todos los caminos de los mandamientos de Dios, que tienen innatos en sus corazones, también obraron tan impía e injustamente con los hombres, que el clamor de los pobres oprimidos subió hasta Dios. O bien hirió Dios a los judíos impíos e incrédulos en el lugar de los que ven, esto es, en la ley mosaica, donde habitan los profetas, que son llamados videntes.

In ipsa itaque spe legis, et promissorum compositione, tamquam in quodam videntium loco, juste percussi a Deo sunt: intantum ut oratio illius, qui propter nos pauper factus est cum esset dives, ascenderet ad Deum: Disperge illos in virtute tua. Sive viventes sunt omnes, qui in Christo ex fide vivunt: in hac enim spe positi, mente contemplantur futuram beatitudinem. In hoc igitur loco, ubi quasi fide stantes sunt, quidam sub fidei hujus vocabulo, habent speciem pietatis: virtutem autem ejus sunt abnegantes. Hi ipsi igitur, qui haeretici intelliguntur, in loco Dei male stantes, a Deo percutiuntur, apostolis et Ecclesiarum doctoribus, id est, pauperibus Christi contra eos resistentibus et ad Deum clamantibus.

Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? Propheta ait ad populum: Orate pro vita Nabuchodonosor, ut illius pace sit pax vobis. Sive pacem Ecclesiae, et quietem ipse concedit, quando non surgunt adversus eam pugnae persecutionum, sive quando haereticorum lites, et scandala conquiescunt. Nec non contra vitiorum bella, quietis et pacis silentium ipse donat: quando devictis eis, et velut acerrimis hostibus expugnatis, pax fit in homine summa virtutum. Quod autem ait:

Ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? Et super gentes, et super omnes homines. Hoc est, quod nisi ipse dignatus fuerit se homini revelare: quis est qui possit eum suis viribus intueri, vel perscrutando ad majestatem ejus accedere?

Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Quod manifeste in Saule rege apparuit, et sicut Dominus ait: Auferam de Jerusalem judicem, et prophetam, et sapientem, et consiliarium: et dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis. Et Nabuchodonosor justo judicio Dei, multa regna, et plurimas nationes accepit. Potest, et diabolus homo iste intelligi, qui, perdita angelica dignitate, hominis nomen sortitus est: de quo Dominus ait in Evangelio: Inimicus homo hoc fecit. Hypocrita vero et simulator ideo est appellatus, quoniam transfigurat se in angelum lucis: cum ipse potius auctor sit tenebrarum, id est, omnium criminum et peccatorum inventor.

Quia ergo ego locutus sum ad Deum: te quoque non prohibebo. Quasi in judicio constitutum, permittit eum interloqui, ut si quid forte sibi est dicendum, non taceat.

Si erravi, tu doce me. Si iniquitatem locutus sum, ultra non addam. Id est, non loquar.

Numquid a te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? Tu enim coepisti loqui, et non ego. Quod si quid nosti melius, loquere. Tu dixisti quod iniquus esset Deus: quia a te iniquitatem, et injustitiam vitae, injusta correptione exigeret, cui necesse esset injuste afflictum contra eum loqui injusta, et ob hoc, inquit, displicuit tibi Deus dum ejus justitiam, qua te punit insontem, non vis veram esse justitiam.

En esa misma esperanza de la ley y composición de las promesas, como en un cierto lugar de videntes, fueron justamente heridos por Dios: tanto que la oración de Aquel que por nosotros se hizo pobre siendo rico, subió hasta Dios: 'Dispérsalos en tu virtud'. O bien son vivientes todos los que en Cristo viven por la fe: pues puestos en esta esperanza, contemplan con la mente la futura bienaventuranza. En este lugar, pues, donde están como firmes por la fe, algunos bajo el nombre de esta fe tienen apariencia de piedad, pero niegan su virtud. Estos mismos, pues, que se entienden como herejes, estando mal en el lugar de Dios, son heridos por Dios, resistiéndoles y clamando a Dios los apóstoles y doctores de las Iglesias, esto es, los pobres de Cristo.

Pues concediendo Él la paz, ¿quién es el que condene? Dice el profeta al pueblo: 'Rogad por la vida de Nabucodonosor, para que en su paz haya paz para vosotros'. O bien Él mismo concede la paz a la Iglesia, y la quietud, cuando no surgen contra ella combates de persecuciones, o cuando las rencillas y escándalos de los herejes se apaciguan. También contra las guerras de los vicios, Él mismo dona el silencio de la quietud y de la paz: cuando vencidos estos, y como enemigos acérrimos derrotados, se hace en el hombre la paz, suma de las virtudes. En cuanto lo que dice:

Desde que escondiere su rostro, ¿quién es el que lo contemple? Tanto sobre las naciones, como sobre todos los hombres. Esto es, que a menos que Él mismo se digne revelarse al hombre: ¿quién es el que pueda por sus propias fuerzas mirarlo, o escudriñando acceder a su majestad?

Que hace reinar al hombre hipócrita por los pecados del pueblo. Lo cual manifiestamente apareció en el rey Saúl, y como dice el Señor: 'Quitaré de Jerusalén al juez, y al profeta, y al sabio, y al consejero: y les daré niños por príncipes, y los afeminados dominarán sobre ellos'. Y Nabucodonosor, por justo juicio de Dios, recibió muchos reinos y muchísimas naciones. Puede también entenderse por este hombre al diablo, quien, perdida la dignidad angélica, obtuvo el nombre de hombre: de quien dice el Señor en el Evangelio: 'Un hombre enemigo hizo esto'. Hipócrita y simulador es llamado por esto, porque se transfigura en ángel de luz, siendo él más bien autor de las tinieblas, esto es, inventor de todos los crímenes y pecados.

Porque, pues, yo he hablado a Dios: a ti tampoco te prohibiré. Como constituido en juicio, le permite interpelar, para que si por acaso tiene algo que decir, no calle.

Si erré, tú enséñame. Si hablé iniquidad, no añadiré más. Es decir, no hablaré.

¿Acaso Dios la exige de ti, porque te desagradó? Pues tú comenzaste a hablar, y no yo. Que si sabes algo mejor, dilo. Tú dijiste que Dios era inicuo, porque exigía de ti iniquidad e injusticia de vida mediante una injusta corrección, a quien le era necesario, siendo injustamente afligido, hablar injusticias contra Él; y por esto, dice, te desagradó Dios, mientras que su justicia, con la que te castiga siendo inocente, no quieres que sea verdadera justicia.

Viri intelligentes loquantur mihi, et vir sapiens audiat me. Heliu sanctum Job despiciens, convertit se ad eos qui cominus assistebant, et ita de beato Job definite pronuntians, ait ad eos:

Job autem stulte locutus est, et verba illius non sonant disciplinam. Manifestum est.

Pater mi. Quia ab ipso est homo creatus, et conditus. Probetur Job, inquit Heliu: non examinetur, quod solet ad probationem eruditionis referri.

Probetur Job. Id est, manifestetur: probatum sit omnibus, cunctisque pateat, Job qualis sit: ante te probetur, inquam, Job.

Usque ad finem. Ne desinas ab homine iniquitatis. Id est, insit in eo jugiter plaga flagelli hujus: neque desinas infligere poenas operantibus iniquitatem.

Qui addidit super peccata sua blasphemiam. Id est, super hoc quod peccator est, addit ad cumulum peccatorum, ut in blasphemiae crimen erumpat, propter quod mala haec cruciatuum sustinet.

Inter nos interim constringatur, et tunc ad judicium provocet sermonibus suis Deum. Condemnetur inter nos interim, ne et nobis in injustitiam reputetur: absque crimine nostro erit, si postmodum Deum provocare tentaverit.

CAPUT XXXV.

Igitur Heliu haec rursum locutus est: Numquid aequa videtur tibi tua cogitatio, ut diceres: justior Deo sum? Dixisti enim: Non tibi placet quod rectum est, vel quid tibi proderit, si ego peccavero? Fieri potest, quod de sermonibus ubi asperius locutus est ad Deum, quam forsitan debuit, aliqua inde hic Heliu descripserit, et verborum suorum invidiose quasi sensus illius dicere voluerit.

Itaque ego respondebo sermonibus tuis, et amicis tuis tecum. Pro eo quod non potuerunt ei rationabiliter respondere.

Suspice ad coelum, et intuere ei, et contemplare aethera, quod altior te sit. Id est, cui te aequare praesumis? Hoc ait Heliu, qui Deum corporaliter locis contineri arbitrabatur: quod in excelsis tantum atque in sublimibus Deus Dominus commoretur.

Proinde si peccaveris, quid ei nocebis? Et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Quod ita dixisse mihi videtur, non enim, te peccante, Deo damni aliquid infertur: aut si pro multitudine peccatorum tuorum ulcisci te voluerit, numquid poteris ei contraire?

Porro si juste egeris, quid donabis, aut quid de manu tua accipiet? Hinc David dicit, quoniam bonorum meorum non eges.

Los hombres inteligentes hablen conmigo, y el varón sabio me escuche. Eliú, despreciando al santo Job, se vuelve a los que asistían cerca, y pronunciando así definitivamente sobre el bienaventurado Job, les dice:

Pero Job ha hablado neciamente, y sus palabras no suenan a doctrina. Es manifiesto.

Padre mío. Porque por Él fue creado y formado el hombre. Sea probado Job, dice Eliú; no examinado, lo cual suele referirse a la prueba de la erudición.

Sea probado Job. Es decir, sea manifestado: sea probado ante todos, y sea patente a todos qué clase de hombre es Job: sea probado Job ante ti, digo.

Hasta el fin. No desistas del hombre de iniquidad. Esto es, esté en él continuamente la llaga de este azote: ni desistas de infligir penas a los que obran la iniquidad.

Que añadió sobre sus pecados la blasfemia. Es decir, sobre el hecho de ser pecador, añade al cúmulo de sus pecados el estallar en el crimen de la blasfemia, por lo cual sostiene estos males de los tormentos.

Sea constreñido entre nosotros mientras tanto, y entonces provoque a Dios a juicio con sus palabras. Sea condenado entre nosotros mientras tanto, para que no se nos impute a nosotros como injusticia; estaremos libres de culpa si después intentare provocar a Dios.

CAPÍTULO XXXV.

Por tanto, Eliú volvió a decir estas cosas: ¿Te parece justa tu reflexión, como para decir: 'Soy más justo que Dios'? Pues dijiste: 'No te agrada lo que es recto', o '¿qué te aprovechará si yo pecare?' Es posible que de los discursos donde habló a Dios más ásperamente de lo que tal vez debió, Eliú haya descrito aquí algunas cosas, y haya querido decir de sus palabras, con envidia, como si fuesen su sentir.

Así pues, yo responderé a tus palabras, y a tus amigos contigo. Por cuanto ellos no pudieron responderle razonablemente.

Mira hacia el cielo, y contémplalo, y observa los éteres, que es más alto que tú. Es decir, ¿con quién presumes igualarte? Esto dice Eliú, que pensaba que Dios estaba contenido corporalmente en lugares: que Dios el Señor mora solamente en lo alto y en los lugares sublimes.

Por tanto, si pecares, ¿en qué le dañarás? Y si se multiplicaren tus iniquidades, ¿qué harás contra Él? Lo cual me parece que se dijo así, pues ciertamente, pecando tú, no se infiere daño alguno a Dios; o si por la multitud de tus pecados quisiere tomar venganza de ti, ¿podrás oponerte a Él?

Por lo demás, si obrares justamente, ¿qué le darás, o qué recibirá de tu mano? De aquí dice David que 'de mis bienes no tienes necesidad'.

Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua, et filium hominis adjuvabit justitia tua. Id est, homini nocere poterit impietas tua, si male agentem te aemulatus fuerit: quemadmodum filium hominis justitia tua adjuvabit, si vias tuas, cum recte incedis, imitetur.

Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, et ejulabunt propter vim brachii tyrannorum. Sub hac qualitate disputationis suae, Heliu sanctum Job talibus admiscet: eisque similem judicat, dum calumniatores et tyrannos, iniquos homines nominat, quorum calumniis, et potentia, homo, et filius hominis oppressi ingemiscunt. Et modo spiritualiter hunc hominem, et filium hominis, populum sanctum non absurde sentimus, qui propter unitatem totius corporis Ecclesiae, homo unus dicitur, sicut Apostolus ait, et secundum Psalmistam filius hominis appellatur, ita dicentem: Fiat manus tua super virum dexterae tuae, et super filium hominis quem confirmasti tibi. Potest hoc et de invisibilibus inimicis dici: qui occulta impugnatione vitiorum, mentibus dominantur: propter quod fideles ejulantes in oratione ad Deum dicunt: Eripe me de inimicis meis, Deus meus.

Et non dixit. Quando utique affligebant praedictos, quos sibi per iniquam dominationem, Deo permittente, subegerant: ita ut hi sub tanta necessitate pressurarum positi ejularent, et clamarent ad Deum: illi non intenderunt animo, neque intenderunt in coelum, ut saperent quod Deo conditori suo haec omnia displicerent. Non dixit, inquam, apud semetipsam talia multitudo iniquorum sive daemonum.

Ubi est Deus qui fecit me? qui dedit carmina in nocte. Hoc ait Heliu. Cum ergo justos et recte viventes a supra dictis Deus tribulari permittat: consolationem tamen eis in nocte tribulationum concedit. Nox enim ipsa tribulatio intelligitur, secundum illud Psalmistae: Probasti cor meum et visitasti me in nocte; sicut et prosperitas aliquando dies dicitur, quoniam qui in prosperis est, quasi quadam felicitate illuminatur. Unde ait in psalmo: Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Tantam, inquit Heliu, tolerantiam justi homines a Deo accipiunt, ut etiam in nocte tribulationis, hymnorum spiritualium canticis delectentur. Canticum ergo ad exsultationem cordis, vel maxime pertinet. Proinde haec exsultatio de spe futuri gaudii nascitur in corde canentium, et faciunt more viatorum, quia ipsi ut viatores et peregrini transeunt per hunc mundum, qui ut ad destinatum sibi locum sine labore perveniant, cantico fatigationem itineris consolantur ac sublevant.

Al hombre que es semejante a ti, le dañará tu impiedad, y al hijo del hombre le ayudará tu justicia. Es decir, al hombre le podrá dañar tu impiedad, si te emulase obrando mal; del mismo modo que al hijo del hombre le ayudará tu justicia, si imitare tus caminos cuando caminas rectamente.

Por la multitud de los calumniadores clamarán, y gemirán por la fuerza del brazo de los tiranos. Bajo esta calidad de su disputa, Eliú mezcla al santo Job con tales personas: y lo juzga semejante a ellos, mientras llama calumniadores y tiranos a los hombres inicuos, por cuyas calumnias y poder el hombre, y el hijo del hombre, oprimidos gimen. Y ahora espiritualmente percibimos no absurdamente a este hombre, y al hijo del hombre, como el pueblo santo, que por la unidad de todo el cuerpo de la Iglesia se llama un solo hombre, como dice el Apóstol, y según el Salmista se llama 'hijo del hombre', diciendo así: 'Sea tu mano sobre el varón de tu diestra, y sobre el hijo del hombre que confirmaste para ti'. Puede esto decirse también de los enemigos invisibles, que por la oculta impugnación de los vicios dominan las mentes; por lo cual los fieles, gimiendo en oración a Dios, dicen: 'Líbrame de mis enemigos, Dios mío'.

Y no dijo. Cuando ciertamente afligían a los predichos, a quienes se habían sometido por iniqua dominación, permitiéndolo Dios, de modo que estos, puestos bajo tal necesidad de presiones, gemían y clamaban a Dios; ellos no atendieron con el ánimo, ni miraron al cielo, para entender que todas estas cosas desagradaban a Dios su creador. No dijo, digo, entre sí misma tal multitud de inicuos o de demonios.

¿Dónde está Dios que me hizo, que dio cánticos en la noche? Esto dice Eliú. Cuando, pues, Dios permite que los justos y los que viven rectamente sean atribulados por los predichos, les concede sin embargo consuelo en la noche de las tribulaciones. Pues la noche misma se entiende como tribulación, según aquello del Salmista: 'Probaste mi corazón y me visitaste en la noche'; así como la prosperidad a veces se llama día, porque el que está en prosperidad es como iluminado por una cierta felicidad. De donde dice en el salmo: 'De día el sol no te quemará, ni la luna de noche'. Eliú dice que los hombres justos reciben tanta tolerancia de Dios, que incluso en la noche de la tribulación se deleitan con los cánticos de himnos espirituales. El cántico, por tanto, pertenece sobremanera a la exultación del corazón. Por lo tanto, esta exultación nace de la esperanza del gozo futuro en el corazón de los que cantan, y hacen al modo de los viajeros, porque ellos mismos como viajeros y peregrinos pasan por este mundo, los cuales, para llegar al lugar que les ha sido destinado sin fatiga, consuelan y alivian el cansancio del camino con el canto.

Et juxta mysticos intellectus, noctem, secretum quoddam ac divinae disputationis remotum silentium intelligamus, quod aliis saeculis, sicut Apostolus ait: Non fuit revelatum filiis hominum. Quae nox sit in quatuor vigilias distributa, ut a principio mundi usque ad Christum Dominum nostrum hanc noctem dicamus, ut sit prima vigilia noctis hujus, ipse Adam primus, et pater hominum: per cujus conditionem evigilet animus humanus, ut credat creatorem omnium rerum Deum. Secunda vero vigilia sit tempore Noe, quo naufragium mundi factum sit, ut evigilent homines, ne et ipsi intereant. Tertia autem vigilia sancti Abrahae temporibus habeatur, per quem cognoscat mundus, quemadmodum sit fide vivendum, et Deo placendum. Quarta vero vigilia sit circa tempora prophetarum, qui aurorae et lumini diei appropinquantis viciniores fuerunt, quique in ipsum Christum proximum sibi diem pene electam noctem fidei oculis intendebant. In hac igitur nocte per singula tempora praedictorum, sive prophetiis, sive significationibus, de Christo latenter cecinerunt.

Qui docet nos super jumenta terrae, et super volucres coeli erudit nos. Docet in communibus eruditum, subtilioribus: docet non solum per naturae dona, sed etiam per gratiae munera. Secundum tropicum vero intellectum, jumenta, homines carnales plerumque intelliguntur, qui gulae et ventri, et luxuriae dediti sunt. Alii autem volatilibus comparantur, sive propter levitatem morum, sive propter superbiam, qua tumentes quasi in altum elevantur. Unde dicit Apostolus: Noli altum sapere. Et Dominus in Evangelio: Quia quod est in hominibus altum, abominatio est ante Deum. Nam in Graeco superbus ὑπερηφάνης dicitur, quod est super apparens, ut elatam mentem hominis, tumidamque significet.

Ibi clamabunt et non exaudiet, propter superbiam malorum. Quod dixit, ibi clamabunt, fortassis significare voluit locum poenarum, ubi non exaudiendi sunt peccatores, propter superbiam malorum: sive ut alii dixerunt, ab injuriis malorum, quia mali bonis et justis insectationis injurias irrogare non desinunt.

Non ergo frustra audiet Deus, et omnipotens causas singulorum intuebitur. Hoc ait, quod peccatores persistentes in malis suis, non audiat Deus: quoniam sine causa utique ad eum clament, qui non merentur audiri.

Etiam cum dixeris, non considerat: judicare coram illo, et exspecta eum. Quando vides, Job, quia non statim Deus reddit peccatoribus quae merentur, noli pusillanimitate frangi, ut in blasphemiam erumpas, et dicas Deum injustum, sive iniquum: sed judicare cum eo debes, id est, judiciis ejus consentire, non contra eum praesumptuoso judicio tuo in ejus injuriam prosilire.

Y según los sentidos místicos, entendamos por noche un cierto secreto y remoto silencio de la divina disputa, el cual en otros siglos, como dice el Apóstol: 'No fue revelado a los hijos de los hombres'. La cual noche está distribuida en cuatro vigilias, de modo que llamemos a esta noche desde el principio del mundo hasta Cristo nuestro Señor; de manera que la primera vigilia de esta noche sea el mismo Adán, el primero y padre de los hombres, por cuya condición despierte el ánimo humano para creer que Dios es el creador de todas las cosas. La segunda vigilia sea en tiempo de Noé, en el cual ocurrió el naufragio del mundo, para que los hombres despierten y no perezcan también ellos. La tercera vigilia se tenga en los tiempos del santo Abrahán, por quien conozca el mundo cómo se ha de vivir por la fe y agradar a Dios. La cuarta vigilia sea hacia los tiempos de los profetas, que estuvieron más cercanos a la aurora y a la luz del día que se aproximaba, y que con ojos de fe miraban hacia el mismo Cristo, día cercano para ellos, a través de la noche casi elegida. En esta noche, pues, por cada uno de los tiempos de los predichos, ya sea por profecías o por significaciones, cantaron ocultamente sobre Cristo.

Que nos enseña sobre las bestias de la tierra, y sobre las aves del cielo nos instruye. Enseña al instruido en las cosas comunes, en las más sutiles; enseña no solo por los dones de la naturaleza, sino también por los dones de la gracia. Según el sentido trópico, por bestias se entiende frecuentemente a los hombres carnales, que están entregados a la gula, al vientre y al lujo. Otros en cambio son comparados con las aves, ya sea por la ligereza de las costumbres, ya sea por la soberbia, por la cual, hinchados, son como elevados a lo alto. De donde dice el Apóstol: 'No queráis saber lo que es alto'. Y el Señor en el Evangelio: 'Porque lo que es alto entre los hombres, es abominación ante Dios'. Pues en griego el soberbio se llama hyperēphanēs, que es 'aparecer por encima', para significar la mente elevada e hinchada del hombre.

Allí clamarán y no oirá, por la soberbia de los malos. Lo que dijo, 'claman allí', tal vez quiso significar el lugar de las penas, donde no han de ser oídos los pecadores, por la soberbia de los malos; o como otros dijeron, 'por las injurias de los malos', porque los malos no dejan de inferir injurias de persecución a los buenos y justos.

No, pues, en vano oirá Dios, y el Omnipotente considerará las causas de cada uno. Esto dice, que Dios no oye a los pecadores que persisten en sus males; puesto que ciertamente claman a Él sin causa quienes no merecen ser oídos.

Aun cuando dijeres: 'No considera', juzga ante Él, y espéralo. Cuando veas, Job, que Dios no devuelve inmediatamente a los pecadores lo que merecen, no te dejes quebrar por la pusilanimidad, de modo que estalles en blasfemia y digas que Dios es injusto o inicuo; sino que debes juzgar con Él, esto es, consentir en sus juicios, no saltar contra Él con tu presuntuoso juicio para injuria suya.

Nunc enim non infert furorem suum: nec ulciscitur scelus valde. Quoniam igitur statuit diem, in quo judicet de orbe terrarum, idcirco in hoc tempore vindictam justitiae suae non generaliter exercet. Et hoc totum in exprobrationem sancti Job loquitur, quem velut reum criminum in hoc malum poenarum, Dei sententia pro parte condemnat. Unde scribit, cui restent plurima, quae adhuc sit postmodum recepturus.

Ergo Job frustra aperit os suum, et absque scientia verba multiplicat. Juxta haec convictum sanctum Job Heliu arbitratur, et quadam verborum ratione conclusum.

CAPUT XXXVI.

Addens quoque Heliu haec locutus est: Sustine me paululum et indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. Id est, pro justitia et causa Dei.

Repetam scientiam meam a principio, et operatorem meum probabo justum. Vere enim absque mendacio sermonis mei, et perfecta scientia probabitur tibi. Et in hoc quarto sermone suo, de singulari justitia Domini, profundum nimium, et copioso sermone prosequitur: ubi multa arcana in obscuro sacramentorum recondita, et longe remota mysteria dicere videtur.

Deus potentes non abjicit, cum et ipse sis potens: sed non salvat impios. Haec est justitiae ejus immensitas, et naturae bonae voluntas, ut nulli invideat, quia nemo ei, quamvis potens sit, potest coaequari.

Et judicium pauperibus tribuit. Juxta justitiae aequitatis suae tenorem. Sanctos autem et innocentes viros consuevit Scriptura divina pauperes appellare.

Non auferet a justo oculos suos. Hoc ait, et beatus David: Oculi Domini super justos, etc.

Et reges in solio collocat in perpetuum, et illic eriguntur. Hic reges non solum saeculi hujus, sed et Ecclesiae reges et praepositi intelligi possunt. Et secundum tropicos intellectus, reges, animi hominum sunt, qui corporibus recte dominantur, quibus in psalmo dicitur. Et nunc, reges, intelligite; erudimini, qui judicatis terram. Ita hi reges eriguntur a Deo, ut sedeant cum principibus.

Et si fuerint in catenis, et vinciantur funibus paupertatis: indicabit eis opera eorum, et scelera eorum, quia violenti fuerunt. Hi igitur in catenis fortibus, videlicet judicis Dei, et paupertatis funibus colligantur: id est, opem divini auxilii non habentes, poenis temporalibus quasi vinculis astringentur, omnis rei bonae inopes effecti pro qualitate meritorum.

Revelabit quoque aurem eorum, ut corripiat: et loquetur, ut revertantur ab iniquitate. Aurem, inquit, cordis ad obediendum sibi Deus per castigationes et secretas inspirationes aperiet.

Pues ahora no descarga su furor, ni venga el crimen con gran rigor. Por cuanto, pues, ha establecido un día en el cual juzgará al orbe de la tierra, por eso en este tiempo no ejerce generalmente la venganza de su justicia. Y todo esto lo dice en reproche del santo Job, a quien como reo de crímenes en este mal de las penas, la sentencia de Dios condena en parte. De donde escribe que le restan muchísimas cosas, las cuales todavía ha de recibir después.

Por tanto, Job en vano abre su boca, y sin ciencia multiplica las palabras. Según esto, Eliú considera al santo Job convicto, y acorralado por una cierta razón de palabras.

CAPÍTULO XXXVI.

Añadiendo también Eliú, habló estas cosas: Sopórtame un poco y te indicaré. Pues todavía tengo qué hablar en favor de Dios. Esto es, por la justicia y la causa de Dios.

Repetiré mi ciencia desde el principio, y probaré que mi Hacedor es justo. Pues verdaderamente sin mentira es mi discurso, y se te probará con perfecta ciencia. Y en este cuarto discurso suyo, sobre la singular justicia del Señor, prosigue con un discurso sumamente profundo y copioso: donde parece decir muchos secretos escondidos en la oscuridad de los sacramentos, y misterios largamente remotos.

Dios no rechaza a los potentes, siendo que tú mismo eres potente: pero no salva a los impíos. Esta es la inmensidad de su justicia, y la voluntad de su buena naturaleza, que a nadie tiene envidia, porque nadie, por más potente que sea, puede serle igualado.

Y concede el juicio a los pobres. Según el tenor de la equidad de su justicia. Pues la divina Escritura acostumbra llamar pobres a los varones santos e inocentes.

No apartará del justo sus ojos. Esto dice también el bienaventurado David: Los ojos del Señor están sobre los justos, etc.

Y coloca a los reyes en el trono para siempre, y allí son ensalzados. Aquí pueden entenderse no solo los reyes de este siglo, sino también los reyes y prelados de la Iglesia. Y según los sentidos trópicos, los reyes son los ánimos de los hombres que dominan rectamente a sus cuerpos, a quienes se dice en el salmo. Y ahora, reyes, entiendan; sean instruidos, ustedes que juzgan la tierra. Así estos reyes son ensalzados por Dios, para que se sienten con los príncipes.

Y si estuvieren en cadenas, y fueren atados con sogas de pobreza: les indicará sus obras y sus crímenes, porque fueron violentos. Estos, pues, son atados en cadenas fuertes, a saber, del juez Dios, y en sogas de pobreza: esto es, no teniendo la ayuda del auxilio divino, serán constreñidos por penas temporales como con vínculos, quedando necesitados de toda cosa buena según la calidad de sus méritos.

Revelará también el oído de ellos para corregirlos: y hablará para que se conviertan de la iniquidad. El oído, dice, del corazón para obedecerle abrirá Dios por medio de castigos e inspiraciones secretas.

Si audierint et observaverint, complebunt dies suos in bono, et annos suos in gloria. Hoc est quod Salomon ait: Memoria justi cum laudibus.

Si autem non audierint: transibunt per gladium et consumentur in stultitia. Id est, si instruente Deo, qui docet hominem scientiam, audire contempserint, per gladium, id est, per hanc mortalitatem de hoc saeculo praeteribunt, ut in stultitia, id est, in illis locis, ubi stulti deputabuntur, qui dicunt in corde suo, non est Deus, aeternis cruciatibus consumantur.

Simulatores et callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint. Ipsum sanctum Job apertius in hoc videtur Heliu quasi ex obliquo percutere, quod et ipse quasi callide et nequiter ageret: virum quoque egregium simularet. Quique etiam cum esset vinctus plagae hujus compedibus, clamare ad Deum, et invocare eum, ut a laqueis poenalibus illigatus absolveretur, minime curaret, quod utique desperatione sive contemptu faceret. De caeteris quoque peccatoribus similiter hoc ipsum potest intelligi, qui cum venerint in profundum malorum, contemnent: et de Judaeis, et de haereticis, qui ficta dogmata quasi veritatis velamine operientes, in noctis perfidia obstinato et obturato corde persistunt.

Morietur in tempestate anima eorum, et vita eorum inter effeminatos. Vitiosos et vitia esse noverimus, quae sicut de virtutibus animi nihil in se habent quietum, virile, et frugi, sed totum turbulentum, remissum et fragile: ita necesse est ut velut tempestate animam semper suis illecebris inquietent, portumque virtutum hominem non sinant apprehendere, et fit istis talibus fluctibus, quod Salomon ait, ut jaceat anima tamquam in corde maris, et velut gubernator in magna tempestate. Vel aliter tempestas adventus ac judicium Dei est, de quo dicit, in circumitu ejus tempestas valida.

Eripiet de angustia sua pauperem. Pauperem Salvatorem nostrum intelligimus, qui propter nos pauper factus est, qui in diebus carnis suae, preces ac supplicationes Patri obtulit, ut posset a morte salvum facere pauperem, sanctum populum Dei humilem spiritu. Vel pauperem quemlibet justorum eruet de angustia pressurarum, sicut etiam in divinis Scripturis diverso modo legimus liberatos.

Et revelabit in tribulatione aurem ejus. Id est, fortis sit unusquisque eorum in tribulatione, corroborante visitatione divina, quando a Deo homo tribulari permittitur, consolationem in aure cordis Domini, illic audiendo percipiet.

Si escucharen y observaren, completarán sus días en el bien, y sus años en la gloria. Esto es lo que dice Salomón: La memoria del justo es con alabanzas.

Pero si no escucharen: pasarán por la espada y se consumirán en la necedad. Esto es, si instruyendo Dios, que enseña al hombre la ciencia, despreciaren escuchar, por la espada, esto es, por esta mortalidad pasarán de este siglo, para que en la necedad, esto es, en aquellos lugares donde serán contados los necios que dicen en su corazón 'no hay Dios', sean consumidos por eternos suplicios.

Los hipócritas y astutos provocan la ira de Dios, ni clamarán cuando fueren atados. El mismo santo Job parece ser golpeado más abiertamente en esto por Eliú como de soslayo, porque él mismo actuara como astuta y malvadamente: y simulara ser un varón excelente. Quien también, aun cuando estaba atado por los grilletes de esta plaga, no cuidara de clamar a Dios e invocarle, para que fuera absoluto de los lazos penales en que estaba ligado, lo cual ciertamente haría por desesperación o desprecio. De los demás pecadores también puede entenderse esto mismo similarmente, quienes cuando llegaren a lo profundo de los males, despreciarán: y de los judíos, y de los herejes, que cubriendo los dogmas fingidos como con un velo de verdad, persisten en la perfidia de la noche con el corazón obstinado y obturado.

Morirá en la tempestad el alma de ellos, y la vida de ellos entre los afeminados. Sepamos que son viciosos y vicios los que, así como de las virtudes del ánimo nada tienen en sí de quieto, varonil y provechoso, sino todo turbulento, remiso y frágil: así es necesario que como por una tempestad inquieten siempre al alma con sus halagos, y no permitan al hombre aprehender el puerto de las virtudes, y sucede con tales fluctuaciones de estas cosas, lo que Salomón dice, que yazca el alma como en el corazón del mar, y como un timonel en una gran tempestad. O de otro modo, la tempestad es el advenimiento y juicio de Dios, de quien dice: En su circuito una tempestad válida.

Él librará de su angustia al pobre. Por el pobre entendemos a nuestro Salvador, que por nosotros se hizo pobre, quien en los días de su carne ofreció ruegos y suplicaciones al Padre, para que pudiera salvar de la muerte al pobre, al pueblo santo de Dios humilde de espíritu. O rescatará a cualquiera de los justos de la angustia de las opresiones, tal como leemos en las divinas Escrituras que fueron librados de diverso modo.

Y revelará en la tribulación el oído de él. Esto es, sea fuerte cada uno de ellos en la tribulación, corroborándole la visitación divina; cuando el hombre es permitido por Dios ser atribulado, percibirá consuelo en el oído de su corazón, escuchando allí al Señor.

Igitur salvabit te de ore angusto latissime, et non habente fundamentum subter se. Hoc in loco infernorum habitacula ab Heliu describuntur, quae immensa capacitate sui, fundamentum non habeant. Ad quorum tamen fundamenta in prophetis legimus, luciferum qui mane oriebatur depositum: multitudines quoque regum, et populos innumerabiles gentium. Ore autem angusto inferi ideo appellantur, eo quod amplum sit ad recipiendum, angustum ad dimittendum quoniam mortuos intra se teneant, et eos ad vitam non patiantur exire. David quoque sanctus similiter ait ad Deum: Libera me ex odientibus me, et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum. Proinde noverimus quia loca infernalium ergastulorum, secundum fidem Scripturarum, inter immensas abyssi aquas sint constituta: ab illis inferi sedibus nullus homo merito suo liberatus est, nisi gratia Domini nostri Jesu Christi. Et non solum, inquit Heliu, a tartareis angustiis liberaberis, verum etiam in latissimo refrigerii nemore, velut in campis spatiosis liber incedes.

Requies autem mensae tuae erit plena pinguedine. Amoenitatem paradisi, et jucunditatem, requiem nominando significavit. Immensam vero abundantiam vitae beatae, quae esset plena ubertatis pinguedine, ac loci illius felicis referta deliciis, voluit demonstrare: cujus terram sanctam mansueti secundum repromissionem Domini possidebunt.

Causa tua quasi impii judicata est, causam judiciumque recipies. Judicio Dei ut impius, et poenarum debitor reus inventus es, et idcirco secundum meritum causae tuae, judicium severissimum recepisti. Et ubi dictum est, causam judiciumque recipies, alii dixerunt, propter impietatem munerum, quae accipiebant: ubi sub pluralitate locutionis, sanctum Job Heliu videtur ferire sermonibus.

Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas; nec multitudo donorum inclinet te. Docetur ab Heliu vir patientiae et integritatis virtute fortissimus. Optimus judex est, qui his pessimis, iracundia et cupiditate, duobus vitiis non tenetur: quibus hoc loco ab Heliu sanctus vir correptus arguitur.

Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine. Id est, nec parvos nec magnos tua injusta opprimas dominatione, vel omnes motus depone fortitudine superbiae roboratus.

Por tanto, te salvará de la boca estrecha muy ampliamente, y que no tiene fundamento debajo de sí. En este lugar las habitaciones de los infiernos son descritas por Eliú, las cuales por su inmensa capacidad no tengan fundamento. En cuyos fundamentos, sin embargo, leemos en los profetas que fue depositado Lucero, que nacía por la mañana: también multitudes de reyes, y pueblos innumerables de las gentes. Por boca estrecha, además, son llamados los infiernos por el hecho de que sea amplia para recibir, pero estrecha para soltar, puesto que retienen a los muertos dentro de sí, y no permiten que salgan a la vida. El santo David dice similarmente a Dios: Líbrame de los que me odian, y de lo profundo de las aguas. No me sumerja la tempestad del agua, ni me absorba el abismo: ni urja sobre mí el pozo su boca. Por tanto, sepamos que los lugares de las cárceles infernales, según la fe de las Escrituras, están constituidos entre las inmensas aguas del abismo: de aquellas sedes de los infiernos ningún hombre fue librado por su propio mérito, sino por la gracia de nuestro Señor Jesucristo. Y no solo, dice Eliú, serás librado de las angustias tartáreas, sino que también caminarás libre en el amplísimo bosque del refrigerio, como en campos espaciosos.

El reposo de tu mesa estará lleno de gordura. Al nombrarlo 'reposo', significó la amenidad y la alegría del paraíso. Pero quiso demostrar la inmensa abundancia de la vida bienaventurada, que estaría llena de la ubertad de la gordura, y repleta de las delicias de aquel lugar feliz: cuya tierra santa los mansos poseerán según la promesa del Señor.

Tu causa ha sido juzgada como la de un impío, recibirás causa y juicio. Por el juicio de Dios has sido hallado reo como impío y deudor de penas, y por eso, según el mérito de tu causa, recibiste un juicio severísimo. Y donde se dijo 'recibirás causa y juicio', otros dijeron 'por la impiedad de los dones' que recibían: donde bajo la pluralidad de la locución, Eliú parece herir con sus discursos al santo Job.

No te venza, pues, la ira, de modo que oprimas a alguno; ni la multitud de dones te incline. Es enseñado por Eliú el varón fortísimo en la virtud de la paciencia y la integridad. El mejor juez es el que no es retenido por estos dos peores vicios, la ira y la codicia: con los cuales en este lugar el varón santo es argüido de ser reprendido por Eliú.

Depón tu grandeza sin tribulación, y a todos los robustos con fortaleza. Esto es, no oprimas ni a los pequeños ni a los grandes con tu injusta dominación, o depón todos los movimientos con fortaleza, robustecido contra la soberbia.

Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis. Jam sufficit hucusque in hac caecitate vixisse. Jam ad lucem prudentiae ac justitiae venire contende: sive noctem quam tibi ex diversis peccatis contexuisti, ut in ea velut in continuis ac jugibus et perpetuis tenebris ambulares: jam quaeso, ait, ne adhuc protrahas, et tamquam restem addendo peccata peccatis, in longum delecteris extendere: lumine ergo correptionis hujus jam finem talibus impone peccatis: nam protractione hac inemendabilis vita tua fiet, ut pro omnibus malis operibus tuis, populorum preces ascendant ab Deum: quos utique iniquissime deprimebas, interpellantium contra te, suasque miserias sibi a te irrogatas, ante sedem divinae justitiae deponentium.

Cave ne declines ad iniquitatem: hanc enim coepisti sequi post miseriam. Hoc, inquit Heliu, ne in desperationem declines peto, et blasphemiae iniquitatem jam caveas, sed reverti festines ad Deum. Video enim te post hujus plagae tuae horrendam miseriam, ad interitum tuum, hanc impietatis sequi velle perniciem, et voluntatem tuam, et cogitationem, ad adversarium mittere pusillanimitate dejectum.

Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus. Si poterit ei esse quispiam, et potentia et virtute similis, poterit et justitia atque sapientia, legisque multiplicatione, judiciis quoque ejus similis inveniri. Et ideo cognosce, ait, quia nullus a Deo, qui solus est et fortis et sapiens, injuste poterit condemnari.

Quis poterit scrutari vias ejus. Quis utique, nisi impius, superbus, sive sacrilegus, vias divinorum operum scrutari praesumat? quod non licet; et tamen quantavis intentione mentis perquirat, eas invenire non poterit. Aut quis audet ei dicere: Operatus es iniquitatem? Quis ergo tam temerarius, et iniquus atque injustus, qui hoc audeat loqui?

Haec omnia in injuriam Job dicuntur.

Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri. Vel omne generale opus ejus, vel certe speciale opus ejus. Super omnia enim magna, et mirabilia opera ejus, est dispensationis Christi mysterium, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Alii dixerunt: Memento, quia magna sint ejus opera, quae laudaverunt viri. De omnibus operibus Dei dicit, quae sancti viri in honorem divinae venerationis merito laudaverunt.

No prolongues la noche, para que suban los pueblos por ellos. Ya basta haber vivido hasta aquí en esta ceguera. Ya contiende por venir a la luz de la prudencia y de la justicia: o la noche que te has tejido de diversos pecados, para que caminaras en ella como en continuas e incesantes y perpetuas tinieblas: ya te pido, dice, que no la prolongues todavía, y como añadiendo pecado a pecado como una soga, te deleites en extenderla largamente: por la luz, pues, de esta corrección, impón ya fin a tales pecados: pues con esta prolongación tu vida se hará inenmendable, de modo que por todas tus malas obras suban a Dios los ruegos de los pueblos: a los cuales ciertamente deprimías inicuamente, de los que apelan contra ti, y de los que deponen ante el solio de la divina justicia sus miserias que tú les irrogaste.

Guárdate de declinar a la iniquidad: pues esta has comenzado a seguir después de la miseria. Esto, dice Eliú, te pido que no declines a la desesperación, y que ya te guardes de la iniquidad de la blasfemia, sino que te apresures a volver a Dios. Pues veo que después de la horrenda miseria de esta tu plaga, quieres seguir para tu perdición esta ruina de la impiedad, y enviar tu voluntad y tu pensamiento al adversario, abatido por la pusilanimidad.

He aquí, Dios es excelso en su fortaleza, y nadie es semejante a Él entre los legisladores. Si alguien pudiera serle semejante en potencia y virtud, también podría ser hallado semejante en justicia y sabiduría, y en la multiplicación de la ley, y en sus juicios. Y por tanto conoce, dice, que nadie podrá ser condenado injustamente por Dios, que solo Él es fuerte y sabio.

¿Quién podrá escudriñar sus caminos? ¿Quién ciertamente, sino el impío, el soberbio o el sacrílego, presumirá escudriñar los caminos de las obras divinas? lo cual no es lícito; y sin embargo, por más intención de mente con que busque, no podrá hallarlos. ¿O quién se atreve a decirle: Has obrado la iniquidad? ¿Quién, pues, es tan temerario, e inicuo e injusto, que se atreva a hablar esto?

Todas estas cosas se dicen para injuria de Job.

Recuerda que ignoras su obra, de la cual cantaron los varones. O toda su obra general, o ciertamente su obra especial. Pues sobre todas sus grandes y admirables obras está el misterio de la dispensación de Cristo, lo que el ojo no vio, ni el oído oyó, ni subió al corazón del hombre. Otros dijeron: Recuerda que son grandes sus obras, las cuales alabaron los varones. Habla de todas las obras de Dios, las cuales los varones santos alabaron meritoriamente en honor de la veneración divina.

Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul. Per naturae bonum, notitia creatoris inest cordibus hominum; et quamvis aliquis tam parvus sit et frigidus, ut alienus esse studeat a creatore suo Deo, nullus tamen est qui se abscondit a calore ejus. Et ideo unusquisque mortalium, licet de longe, sentit et intelligit, dissimiliter quidem omnino, quia non tamquam corpus aut sicut quemcumque spiritum creatum, ita sentit esse Deum, sive intelligit, sed alio multo et ineffabili modo, quo Deus acie mentis est intuendus: ubi in ipso obtutu cordis intelligendo, videt homo quod supra ipsum est illud divinum nomen, quod contemplari conatur.

Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Numerus annorum ejus inaestimabilis. Vincens scientiam nostram magnitudine scientiae suae et altitudine judiciorum suorum.

Qui aufert stillas pluviae, et effundit imbres ad instar gurgitum. Hanc ergo pluviam, legem Moysi intelligamus, quae de coelo velut pluvia venit populo Judaeorum. Et pluvia dicta est propter praeceptorum multitudinem, sicut et ipse Moyses de eadem gente Judaeorum ait, dicens; Exspectetur sicut pluvia eloquium meum. Hujus igitur pluviae stillas de illa gente abstulit Deus, ut est vel de incarnatione vel passione, vel de resurrectione Christi, quae Judaei credere excaecato corde noluerunt, quae sunt parva quidem mandata legalia, ut ea ad Evangelii fidem transferret, sicut ait Apostolus: Verbum enim consummans et brevians in iniquitate, et reliqua. Et de his stillis, parvisque guttis, tonante Evangelio, praedicationis Christi imbres effusi sunt super terram. Et hi imbres ad instar gurgitum esse dicuntur: qui utique cum in terram copiose descendant, profunditatem in se et obscuritatem continent mysteriorum, quae in Lege et prophetis per figuras et similitudines dicta vel facta sunt, in revelatione adventus Domini, obscuritate sui et profunditate mysteriorum, veluti clausa signa inventa sunt. Imbrium vero nomine, large effusam gratiam Spiritus sancti esse noverimus, sicut ait Apostolus, per lavacrum generationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum.

Qui de nubibus fluunt, quae praetexunt cuncta desuper. Nubes scimus plerumque in Scripturis sanctos appellari, sicut et manifestum est quodam loco, dicente Domino: Et nubibus mandabo, ne pluant super eam pluviam: id est, vineam, quod est, super gentem peccatricem Judaeorum: verbis suis salutis pluviam non effunderent.

Todos los hombres lo ven, cada uno lo contempla desde lejos. Por el bien de la naturaleza, la noticia del creador está inserta en los corazones de los hombres; y aunque alguien sea tan pequeño y frío que procure ser ajeno a su creador Dios, no hay nadie, sin embargo, que se esconda de su calor. Y por tanto cada uno de los mortales, aunque de lejos, siente y entiende, aunque de modo muy distinto, porque no siente que Dios sea como un cuerpo o como cualquier espíritu creado, ni lo entiende así, sino de otro modo mucho más inefable, por el cual Dios ha de ser contemplado con la agudeza de la mente: donde al entender en el mismo vistazo del corazón, ve el hombre que sobre sí mismo está aquel nombre divino que intenta contemplar.

He aquí, Dios es grande, venciendo nuestra ciencia. El número de sus años es inestimable. Venciendo nuestra ciencia por la magnitud de su ciencia y la altura de sus juicios.

Que quita las gotas de lluvia, y derrama las lluvias a manera de remolinos. Esta lluvia, pues, entendámosla como la ley de Moisés, que vino del cielo como lluvia para el pueblo de los judíos. Y fue llamada lluvia por la multitud de los preceptos, como también el mismo Moisés dice de la misma nación de los judíos, diciendo: Espérese como la lluvia mi discurso. Las gotas, pues, de esta lluvia las quitó Dios de aquella nación, como es o sobre la encarnación o la pasión, o sobre la resurrección de Cristo, que los judíos no quisieron creer con el corazón cegado, las cuales son ciertamente pequeños mandatos legales, para que los transfiriera a la fe del Evangelio, como dice el Apóstol: Pues palabra consumante y abreviadora en la iniquidad, y lo demás. Y de estas gotas, y pequeñas gotitas, tronando el Evangelio, las lluvias de la predicación de Cristo fueron derramadas sobre la tierra. Y estas lluvias se dicen ser a manera de remolinos: las cuales ciertamente, al descender copiosamente a la tierra, contienen en sí una profundidad y una oscuridad de misterios, que en la Ley y los profetas fueron dichos o hechos mediante figuras y semejanzas; en la revelación del advenimiento del Señor, por su oscuridad y profundidad de misterios, fueron hallados como signos cerrados. Por el nombre de lluvias, sepamos que es la gracia largamente derramada del Espíritu Santo, como dice el Apóstol: por el lavacro de la generación y renovación del Espíritu Santo, el cual derramó en nosotros abundantemente por Jesucristo.

Que fluyen de las nubes, las cuales cubren todas las cosas desde arriba. Sabemos que las nubes mayormente son llamadas santos en las Escrituras, como también es manifiesto en cierto lugar, diciendo el Señor: Y mandaré a las nubes que no lluevan sobre ella lluvia: esto es, sobre la viña, que es sobre la nación pecadora de los judíos: que no derramaran con sus palabras la lluvia de la salvación.

De talibus igitur nubibus, apostolis videlicet, et apostolicis viris, praedicatoribus veritatis, illi imbres pluunt talem pluviam, quae habeat in se similitudinem gurgitum, propter arcanorum coelestium opacitatem: ubi congrue illud Davidicum dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Hae igitur nubes, inquam, per quas imbres gurgitum fluunt in terram, praetexunt cuncta desuper. Habentes enim intra se aquas Evangelii, ut flumina de ventre eorum fluant aquae vivae, de superioribus mysteriis, quasi quodam praetextu, et obscuritate aquarum, obstaculum carnalibus faciunt et terrenis.

Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, et fulgurare lumine suo, desuper cardines quoque maris operiet. Ita enim praedictas nubes extendit, ut de eis in omnem terram exierit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba illorum: quemadmodum postea locutus est ad discipulos suos, id est, nubes suas, dicens; Et eritis mihi testes in Jerusalem, et Judaea et Samaria, et usque ad ultimum terrae: per quas utique nubes sua fulgura praedicationis resplenduerunt, et nominis Christi fama de coelo velut lumen effulsit. Maris etiam, mundi videlicet hujus cardines occupavit: sive cardines mundi possumus intelligere principes, et capita gentium diversarum: quorum erroribus ac pravis doctrinarum suasionibus mundus in loco superstitionis daemoniorum velut in cardine vertebatur.

Per haec enim judicat populos, et dat escas multis mortalibus. Istis enim rebus sacramentorum praedictis, statuit Deus pietatis suae judicio universis populis misereri, et dare escas doctrinae verbi sui, sive mysteriorum cunctis mortalibus, secundum quod ipse ait: Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi.

In manibus abscondit lucem, et praecipit ei ut rursus adveniat. Potestate justi judicii sui, lumen notitiae suae abscondit a peccatoribus malum operantibus, et venire eam ad illuminationem mentis praecipit; si Deum adjutorem ejus quispiam fideliter quaereret.

Annuntiat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere. Deus luce manifestationis suae fidelem sibi amicum in corde docet et instruit. Erudiens quoque annuntiat ei, quod lux sive illa illuminationis gratia, sive divinorum charitas promissorum possessio ejus sit, et ad eam, si disponat ascensiones in corde suo, quotidie proficiendo perveniat.

CAPUT XXXVII.

Super hoc expavit cor meum. Sive obstupuit cor meum, ut alii dixerunt.

De tales nubes, pues, a saber, los apóstoles y varones apostólicos, predicadores de la verdad, aquellas lluvias llueven tal lluvia, que tenga en sí la semejanza de los remolinos, por la opacidad de los secretos celestiales: donde congruentemente se dice aquello de David: Agua tenebrosa en las nubes del aire. Estas nubes, pues, digo, por las cuales las lluvias de los remolinos fluyen a la tierra, cubren todas las cosas desde arriba. Pues teniendo dentro de sí las aguas del Evangelio, de modo que de su vientre fluyan ríos de agua viva, sobre los misterios superiores, como por un cierto pretexto y oscuridad de las aguas, hacen un obstáculo para las cosas carnales y terrenas.

Si quisiere extender las nubes como su tienda, y relampaguear con su luz, cubrirá también desde arriba los quicios del mar. Pues de tal modo extendió las predichas nubes, que por toda la tierra salió el sonido de ellas, y hasta los confines del orbe de la tierra las palabras de ellos: como después habló a sus discípulos, esto es, a sus nubes, diciendo: Y me seréis testigos en Jerusalén, y en Judea y Samaria, y hasta lo último de la tierra: por cuyas nubes ciertamente resplandecieron sus relámpagos de la predicación, y la fama del nombre de Cristo brilló desde el cielo como una luz. También los quicios del mar, a saber, de este mundo, ocupó: o podemos entender por quicios del mundo a los príncipes y cabezas de las diversas naciones: por cuyos errores y depravadas persuasiones de doctrinas el mundo se volvía como sobre un quicio en el lugar de la superstición de los demonios.

Pues por estas cosas juzga a los pueblos, y da alimentos a muchos mortales. Pues por estas cosas de los sacramentos predichas, estableció Dios por el juicio de su piedad tener misericordia de todos los pueblos, y dar los alimentos de la doctrina de su palabra, o de los misterios, a todos los mortales, según lo que Él mismo dice: Yo soy el pan vivo, que descendí del cielo.

En sus manos esconde la luz, y le manda que de nuevo venga. Por la potestad de su justo juicio, esconde la luz de su noticia a los pecadores que obran el mal, y manda que ella venga para la iluminación de la mente; si alguien buscara fielmente a Dios como su ayudador.

Anuncia sobre ella a su amigo, que ella es su posesión, y que a ella puede ascender. Dios, por la luz de su manifestación, enseña e instruye en el corazón a su amigo fiel. Instruyéndole también le anuncia que la luz, o aquella gracia de la iluminación, o la caridad de las divinas promesas, es su posesión, y que a ella, si dispone ascensiones en su corazón, llegue aprovechando diariamente.

CAPÍTULO XXXVII.

Sobre esto se espantó mi corazón. O 'se pasmó mi corazón', como otros dijeron.

Et emotum est de loco suo. Praedictis divinis mysteriis, et luce cognitionis Dei patefacta, quae nisi amicis Dei et fidelibus demonstratur: perterritum est, inquit, cor meum Heliu, et zelo ignorantiae ad sacramentorum cognitionem translatum.

Audiet auditionem in terrore vocis ejus, et sonum de ore illius procedentem. Quemadmodum vult Deus audite quod dicit, ita audite; quoniam terret vox ejus tantis sacramentis mysteriorum praevalida: sonumque oris ejus, sive ut alii dixerunt, strepitum, pari modo audite. Hic ergo sonus est maxillarum Dei, qui forte idcirco sonus dictus est, non simpliciter sermo, ut inobedientia surdos, et obdurato corde incredulos vox clarior percuteret, et totos ad timendum Dominum commoveret.

Subter omnes coelos ipse considerat, et lumen illius super terminos terrae. Quid sit hoc mirum de omnipotentia Dei, qui ubique est in coelo, et in terra, in mari, et in abyssis. Sed videamus secundum allegoricum intellectum, quid sit quod de Deo Heliu ait; Subter omnes coelos considerat. Sanctos viros, coelos Scriptura divina appellare consuevit, propter coelestem utique conversationem, quibus ita dicitur: conversatio vestra in coelis est. Dominus ergo subter hos coelos considerat, vel dum ea quae intra eos sunt, arcanorum scrutator introspicit, vel dum imbecillitatem corporum eorum, quae animi imperio crucis virtute subdiderint, gubernat ac sustinet, et contra carnalium passionum bella corroborat. Secundum hunc sensum est, quod timore concussus Propheta, ait: Et subtus me turbata est habitudo mea. Termini quoque, sive fines terrae ipsi sancti sunt, finem terrenis passionibus et cupiditatibus imponentes, eo quod non sint in medio Babylonis, nec saeculi hujus vitiis circumdentur, secundum quod Petrus apostolus ait; Christus igitur in carne passus, reliquit nobis exemplum, quia passus est in carne, desiit esse a peccatis, ut jam non hominum desideriis, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne, vivat temporis: id est, vivens pro tempore, desinentibus in carne peccatis, velut in finibus habitet carnis. In his finibus posita regina Saba, quae typum gerebat Ecclesiae, veri Salomonis meruit audire sapientiam. Tales igitur terminos Deus lumine gratiae suae atque agnitionis illustrat.

Post eum rugiet sonitus. Sive ut alii dixerunt; fremet vox.

Y se ha movido de su lugar. Por los predichos misterios divinos, y manifestada la luz del conocimiento de Dios, la cual no se muestra sino a los amigos de Dios y fieles: se aterró, dice Eliú, mi corazón, y fue trasladado por el celo de la ignorancia al conocimiento de los sacramentos.

Oirá la audición en el terror de su voz, y el sonido que procede de su boca. Así como Dios quiere que oigan lo que dice, así oigan; puesto que su voz aterra, prevaleciendo por tan grandes sacramentos de misterios: y el sonido de su boca, o como otros dijeron, el 'estrépito', oigan de igual modo. Este sonido, pues, es de las mandíbulas de Dios, el cual quizá por eso fue llamado sonido, no simplemente discurso, para que a los sordos por la desobediencia, y a los incrédulos de corazón endurecido, la voz más clara los golpeara, y moviera a todos a temer al Señor.

Bajo todos los cielos Él mismo considera, y su luz está sobre los términos de la tierra. Qué maravilla es esta sobre la omnipotencia de Dios, que está en todas partes, en el cielo y en la tierra, en el mar y en los abismos. Pero veamos según el sentido alegórico qué es lo que Eliú dice de Dios: Considera bajo todos los cielos. A los varones santos la divina Escritura acostumbra llamarlos 'cielos', ciertamente por su conversación celestial, a quienes se dice así: vuestra conversación está en los cielos. El Señor, pues, considera bajo estos cielos, o bien mientras el escrutador de los secretos mira lo que hay dentro de ellos, o bien mientras gobierna y sostiene la flaqueza de sus cuerpos, los cuales sometieron al imperio del ánimo por la virtud de la cruz, y los corrobora contra las guerras de las pasiones carnales. Según este sentido es que el Profeta, sacudido por el miedo, dice: Y debajo de mí se turbó mi condición. También los 'términos' o 'fines' de la tierra son los mismos santos, imponiendo un fin a las pasiones y codicias terrenas, por el hecho de que no están en medio de Babilonia, ni son rodeados por los vicios de este siglo, según lo que dice el apóstol Pedro: Cristo, pues, habiendo padecido en la carne, nos dejó ejemplo, porque padeció en la carne, dejó de estar en los pecados, para que ya no viva para los deseos de los hombres, sino para la voluntad de Dios, lo que queda de tiempo en la carne: esto es, viviendo por el tiempo, cesando los pecados en la carne, habite como en los fines de la carne. En estos fines fue puesta la reina de Sabá, que llevaba el tipo de la Iglesia, y mereció oír la sabiduría del verdadero Salomón. Tales términos, pues, los ilustra Dios con la luz de su gracia y conocimiento.

Tras él rugirá el sonido. O como otros dijeron: 'fremirá la voz'.

Tonabit voce magnitudinis suae, et non investigabitur cum audita fuerit vox ejus. Cum positis in extremo terrae hominibus, Deus in memoriam venerit, illico super infirmitate mortalitatis suae, gementes ad eum rugient, sicut propheta ait: Rugiebam a gemitu cordis mei; et tunc hic rugitus faciet sonitum in affectu orationis, clamantium ad Deum, qui perveniat usque in coelum. Unde et tonabit eis Dominus voce praeceptorum suorum, ut timeant a facie ejus. Quo fragore tonitrui simul agnosce, quia Deus ante desiderium eorum investigabilis sit et immensus.

Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui fecit magna et inscrutabilia. Alii dixerunt: tonabit Deus. Deus mirabiliter operatur, quando istud tonitruum nominis sui, quo in toto mundo famae ejus notitia crebrescit, in auribus facit animae personare.

Qui praecipit nivi, ut descendat super terram, et hyemis pluviis, et imbri fortitudinis suae. Nivem candorem gratiae, quae per baptismum fidelibus Spiritus sancti dona tribuitur, superius diximus posse significari, et exempla illic testimoniorum de Scripturis multa protulimus, de quibus et illud Davidicum, ubi ait in psalmo: Nive dealbabuntur in Selmon, quod est in umbra. Hoc igitur ait, quod coelestis, id est, Deus de coelo veniens, reges quoque discreturus sit, et separaturus: sive in umbra sint dealbandi; ubi hoc mihi significare videtur, quia regeneratio vetustissimorum hominum in Christo, obumbrante Spiritu sancto, esset efficienda. Haec igitur gratia, nivis nomine significata, ex praecepto divinitatis descendit in terram, quod est, per Jesum Christum venit ad homines, per quam vetustas nostra instauraretur in melius. Contra hanc gratiam Christi, tribulationes persecutionum futuras in pluviis hyemalibus voluit indicare, et propter graves pressuras hyemales pluvias dixit: quas tamen imber fortitudinis Spiritus sancti esset superaturus, quia eis dictum est: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua. In manu, id est, in liberi arbitrii potestate, secundum imaginem et similitudinem Dei, qua homo est a Deo conditus et creatus: habet hanc sapientiam veluti quodam signo divinae operationis impressam, ut juxta liberi arbitrii judicium noverit unusquisque hominum opera sua, sive ut alii dixerunt, infirmitatem suam noverit, id est, ut vasa fragilia se subita morte confringi.

Tronará con la voz de su magnitud, y no se investigará cuando hubiere sido oída su voz. Cuando a los hombres puestos en lo último de la tierra les viniere Dios a la memoria, al punto sobre la flaqueza de su mortalidad, gimiendo rugirán hacia Él, como dice el profeta: Rugía por el gemido de mi corazón; y entonces este rugido hará sonido en el afecto de la oración, de los que claman a Dios, el cual llegue hasta el cielo. Por lo cual también les tronará el Señor con la voz de sus preceptos, para que teman ante su faz. Por cuyo fragor del trueno al mismo tiempo conoce que Dios es ininvestigable e inmenso ante el deseo de ellos.

Tronará Dios en su voz admirablemente, el cual hizo cosas grandes e inescrutables. Otros dijeron: 'tronará Dios'. Dios obra admirablemente cuando hace resonar en los oídos del alma aquel trueno de su nombre, por el cual la noticia de su fama crece en todo el mundo.

Quien manda a la nieve que descienda sobre la tierra, y a las lluvias del invierno, y al aguacero de su fortaleza. Dijimos arriba que la nieve puede significar la blancura de la gracia, la cual se concede a los fieles por el bautismo como don del Espíritu Santo, y allí trajimos muchos ejemplos de testimonios de las Escrituras, de los cuales es aquel de David, donde dice en el salmo: "En Salmón serán emblanquecidos por la nieve", que es "en la sombra". Esto dice, pues, que el Celestial, es decir, Dios viniendo del cielo, también ha de discernir y separar a los reyes: ya sea que hayan de ser emblanquecidos en la sombra; donde esto me parece significar que la regeneración de los hombres antiquísimos en Cristo, por la sombra del Espíritu Santo, debía ser efectuada. Esta gracia, pues, significada por el nombre de la nieve, por mandato de la divinidad desciende a la tierra, lo cual es, que por Jesucristo vino a los hombres, por la cual nuestra vejez fuera restaurada para mejor. Contra esta gracia de Cristo, quiso indicar las tribulaciones futuras de las persecuciones en las lluvias invernales, y por las graves presiones llamó lluvias invernales: las cuales, sin embargo, el aguacero de fortaleza del Espíritu Santo había de superar, porque se les dijo: "Pues no sois vosotros los que habláis, sino el Espíritu de vuestro Padre que habla en vosotros".

Quien sella en la mano de todos los hombres, para que cada uno conozca sus obras. En la mano, esto es, en la potestad del libre albedrío, según la imagen y semejanza de Dios, por la cual el hombre fue fundado y creado por Dios: tiene esta sabiduría grabada como por un signo de la operación divina, para que según el juicio del libre albedrío cada uno de los hombres conozca sus obras, o como otros dijeron, "conozca su flaqueza", esto es, que como vasos frágiles se rompen por la muerte súbita.

Ingredietur bestia latibulum suum, et in antro suo morabitur. Bestiam istam, inventorem malorum diabolum non absurde sentimus, qui idcirco, et singularis ferus dicitur, quia praecedit, sive superat malitia ejus malitiam omnium operantium iniquitatem. Haec igitur bestia rationabilis ingreditur latibulum suum, pectus scilicet humanum: quando ex permissu judicii Dei, potestatem accipit hominibus dominandi, et in antrum quod suum fecit, sibi constituit habitationem. Sive antrum vel etiam latibulum diaboli, omnes peccatores intelligendi sunt: duri videlicet infidelitate vel saxei, quos vitiis suis atque illecebris possidet, et in quorum cordibus criminibusque requiescit.

Ab interioribus egredietur tempestas, et ab arcturo frigus. Non mihi videtur quod de istius mundi plagis, sive qualitatibus, vel etiam secretis ejus motibus dixerit: sed, quemadmodum diximus antrum sive latibulum daemoniorum, esse humana praecordia: ita haec interiora cum ea ingressi fuerint, secreta eorum et abdita intelligamus consilia: unde in hunc mundum persecutionum tempestates venire creduntur, ut et peccatores conterant, sicut Aegyptios, quibus venit immissio per angelos malos. Et sancti eadem tempestate tribulationum nimia conturbentur, sicut quidam eorum ait: Gravati sumus supra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere: Frigus quoque ejus infidelitatis immittitur, ut a charitate Dei, et calore fidei discedentes, in algorem negationis incurrant: quae omnia immittunt daemones per ministerium, et sententias principum, et infidelium potestatum. Arcturus vero, quia in sinistra mundi est constitutus, adversariam partem significat: de cujus climate ventus aquilo gelidus spirat contra meridiem.

Flante Deo concrescit gelu, et rursum latissime funduntur aquae. Quod hic dixit flante Deo concrescere aquas, id est, glaciari, et concretas fieri, in psalmo e contrario dicit: Flabit, inquit, spiritus ejus, et fluent aquae: id est resolventur ac defluent. Sed sive hic flante Deo, sive in psalmo, flabit spiritus ejus, jubente Deo, sive jubebit spiritus, intelligere possumus. Et quod hic dixit, concrescit gelu, hoc in psalmi superiore versiculo ait: Emittit crystallum suum sicut frusta panis. Ita autem hyemali tempore fieri novimus, ut flante, id est, jubente Deo, nimio frigore densentur, vel etiam concrescant aquae, et iterum tempore aeris resolvantur. Secundum mysticos vero intellectus in praeteritis generationibus, ob meritum suum relinquente Deo genus humanum, flatu oris Dei, et justitiae ejus manante sententia, dum removetur ab igne divino, omnis creatura concreta est tamquam gelu, et a vera Dei cognitione, frigoris sui immensitate constricta. Nunc vero per gratiam Domini et Salvatoris nostri, sicut ait Petrus apostolus: Tempora ignorantiae despiciens Deus, rursum ab illo algore oblivionis atque duritia, quae sicut longi temporis gelu obduruerat, charitatis Dei igne solvuntur aquae populorum, ut fluant et recurrant ad Deum.

Entrará la bestia en su escondrijo, y en su cueva morará. Percibimos que esta bestia, el inventor de los males, el diablo, no sin razón se llama así, y se dice fiera singular, porque su malicia precede o supera la malicia de todos los que obran la iniquidad. Esta bestia racional, pues, entra en su escondrijo, a saber, el pecho humano: cuando por permiso del juicio de Dios recibe la potestad de dominar a los hombres, y en la cueva que hizo suya, se constituye para sí una habitación. O la cueva o incluso el escondrijo del diablo han de entenderse todos los pecadores: a saber, duros por la infidelidad o pétreos, a quienes posee por sus vicios y halagos, y en cuyos corazones y crímenes descansa.

De lo interior saldrá la tempestad, y de Arturo el frío. No me parece que haya hablado de las regiones de este mundo, o de sus cualidades, o incluso de sus secretos movimientos: sino que, así como dijimos que la cueva o escondrijo de los demonios es el corazón humano: así entendamos esto interior, cuando hubieren entrado en ello, como sus secretos y ocultos consejos: de donde se cree que vienen a este mundo las tempestades de las persecuciones, para que también quebranten a los pecadores, como a los egipcios, a quienes les vino el envío por los ángeles malos. Y los santos en la misma tempestad de las tribulaciones sean sobremanera turbados, como dice uno de ellos: "Fuimos cargados sobre nuestras fuerzas, de modo que nos cansaba incluso vivir". También se envía su frío de infidelidad, para que apartándose de la caridad de Dios y del calor de la fe, incurran en el frío de la negación: todo lo cual envían los demonios por el ministerio y sentencias de los príncipes y de las potestades infieles. Pero Arturo, porque está situado a la izquierda del mundo, significa la parte adversaria: de cuyo clima el viento cierzo gélido sopla contra el mediodía.

Soplando Dios se endurece el hielo, y de nuevo se derraman las aguas anchísimamente. Lo que dijo aquí, que soplando Dios se endurecen las aguas, esto es, que se congelan y se vuelven sólidas, dice al contrario en el salmo: "Soplará su espíritu, y fluirán las aguas": esto es, se disolverán y fluirán hacia abajo. Pero ya sea aquí soplando Dios, o en el salmo "soplará su espíritu", podemos entenderlo por mandato de Dios, o como mandare el espíritu. Y lo que dijo aquí, que se endurece el hielo, esto mismo dice en el versículo anterior del salmo: "Envía su cristal como bocados de pan". Pues sabemos que así sucede en tiempo de invierno, que soplando, esto es, mandando Dios, por el excesivo frío se densifican, o incluso se endurecen las aguas, y de nuevo se disuelven en el tiempo del aire. Según los sentidos místicos, en verdad, en las generaciones pasadas, abandonando Dios al género humano por su merecimiento, por el soplo de la boca de Dios y emanando la sentencia de su justicia, mientras toda criatura se aparta del fuego divino, se endureció toda criatura como el hielo, y fue constreñida por la inmensidad de su frío del verdadero conocimiento de Dios. Pero ahora por la gracia de nuestro Señor y Salvador, como dice el apóstol Pedro: "Despreciando Dios los tiempos de la ignorancia", de nuevo de aquel frío del olvido y dureza, que como hielo de largo tiempo se había endurecido, se disuelven las aguas de los pueblos por el fuego de la caridad de Dios, para que fluyan y vuelvan a Dios.

Frumentum desiderat nubes. Hoc est frumentum, de quo Dominus in Evangelio ait per parabolam, dicens: Colligite zizania in fasciculos ad comburendum, triticum autem congretate in horreum meum. Proinde hoc vivum frumentum, doctores quosque Ecclesiae, qui velut nubes portant aquas Evangelii, audire desiderat, sicut et illi qui erant de hoc frumento dominico, habitantes Antiochiae Pisidiae, rogabant Paulum et Barnabam, ut loquerentur eis verbum Dei, quod fecerunt apostoli suadentes permanere in gratia Dei. Cornelius quoque ad Petrum ait: Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audire omnia quaecumque tibi praecepta sunt a Domino. Et Moyses ait: Excipiat velut pluvia eloquium meum, et descendant sicut ros verba mea. Unde et Apostolus ait: Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Haec nubes potest, et ipse Dominus, id est, assumptus homo in Deum intelligi, sicut propheta praenuntiavit, dicens: Ecce descendit Dominus in nube levi in Aegyptum. Per quem divina gratia, et doctrina coelestis, mundo effundenda praenuntiabatur. Et pulchre nubes levis dicitur: sive quia ipse Salvator peccatum non fecit Agnus Dei, sive quia virgo Maria, mater Domini, non ex virili semine aggravata, levis nubes est dicta.

Et nubes spargunt lumen suum. Quae lustrant cuncta per circuitum quocumque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod praecepit illis super faciem orbis terrarum. Lumen utique Evangelii praedicationum coruscatione mittentes: lumen Evangelii spargunt supra corda credentium. Alii vero interpretes dixerunt: Et ipsa per circumitum vertitur in gubernaculis, ad operanda omnia quae mandaverat eis. Haec sunt igitur quae mandavit, et praecepit caeteris nubibus suis dicens: Ite in universum mundum, praedicate Evangelium universae creaturae. Proinde quasi vento spiritu Dei, quo ut nubes agebantur, prohibiti sunt ire Bithyniam, et de Judaea Romam illis transire praeceptum, et ita sicut editio continet, orbem universum lustrantes circumierunt.

Sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocumque loco misericordiae suae eas jusserit inveniri. Hoc est quod ipse Dominus ait in Evangelio: Eritis mihi testes in Jerusalem, et Samaria, et usque ad ultimum terrae: ubi illud praecipue intuendum est, quod ait: In quocumque loco misericordiae suae jusserit inveniri: ubi per gratiam Christi atque pietatis suae misericordiam, significavit ad fidem revocandos.

Ausculta haec, Job, sta, et considera mirabilia Dei. Admonet Heliu, ut sacramenta in Christo et Ecclesia adimplenda, Job aure cordis diligenter intendat, et in mentis suae specula constitutus, ubi etiam vigilantia contuendi docetur stare: consideret miraculorum Dei futura mysteria, quae per nubes rationales operaturus sit.

La nube desea el trigo. Este es el trigo de que el Señor en el Evangelio dice por la parábola: "Recoged la cizaña en manojos para quemar, pero el trigo juntadlo en mi granero". Por tanto, este trigo vivo desea oír a cada uno de los doctores de la Iglesia, que como nubes llevan las aguas del Evangelio, así como también aquellos que eran de este trigo dominical, habitando en Antioquía de Pisidia, rogaban a Pablo y Bernabé que les hablasen la palabra de Dios, lo cual hicieron los apóstoles persuadiéndolos a permanecer en la gracia de Dios. Cornelio también dice a Pedro: "Ahora pues todos nosotros estamos presentes en tu presencia, para oír todas las cosas que te han sido mandadas por el Señor". Y Moisés dice: "Reciba como lluvia mi elocuencia, y desciendan como rocío mis palabras". De donde también dice el Apóstol: "Yo planté, Apolo regó, pero Dios dio el crecimiento". Esta nube puede entenderse como el mismo Señor, es decir, el hombre asumido en Dios, como el profeta prenunció diciendo: "He aquí que desciende el Señor en una nube ligera a Egipto". Por el cual se prenunciaba que la gracia divina y la doctrina celestial se habían de derramar al mundo. Y bellamente se llama nube ligera: ya sea porque el mismo Salvador, el Cordero de Dios, no hizo pecado, o porque la virgen María, madre del Señor, no agravada por semilla viril, fue llamada nube ligera.

Y las nubes esparcen su luz. Las cuales recorren todo alrededor por donde la voluntad del que gobierna las llevare, a todo lo que les mandó sobre la faz del orbe de la tierra. Enviando por cierto la luz del Evangelio por el resplandor de las predicaciones: esparcen la luz del Evangelio sobre los corazones de los creyentes. Pero otros intérpretes dijeron: "Y ella misma por alrededor se vuelve en los timones, para obrar todas las cosas que les había mandado". Estas son pues las cosas que mandó y prescribió a sus demás nubes diciendo: "Id por todo el mundo, predicad el Evangelio a toda criatura". Por tanto, como por el viento del espíritu de Dios, por el cual como nubes eran llevados, se les prohibió ir a Bitinia, y se les mandó pasar de Judea a Roma, y así, como contiene la edición, recorrieron el orbe entero atravesándolo.

Ya sea en una tribu, ya sea en su tierra, ya sea en cualquier lugar de su misericordia que las mandare hallarse. Esto es lo que el mismo Señor dice en el Evangelio: "Me seréis testigos en Jerusalén, y en Samaria, y hasta lo último de la tierra": donde aquello ha de mirarse principalmente que dice: "En cualquier lugar de su misericordia que las mandare hallarse": donde por la gracia de Cristo y la misericordia de su piedad, significó a los que han de ser revocados a la fe.

Escucha esto, Job, detente, y considera las maravillas de Dios. Amonesta Eliú que Job atienda diligentemente con el oído del corazón a los sacramentos que han de cumplirse en Cristo y la Iglesia, y constituido en la atalaya de su mente, donde también se le enseña a estar con la vigilancia de observar: considere los futuros misterios de los milagros de Dios, que ha de obrar por las nubes racionales.

Numquid scis, quando praecepit Deus pluviis, ut ostenderent lucem nubium ejus? More prophetarum pro factis futura commemorat. Praecipit igitur Deus pluviis evangelicis, ut nubium suarum lucem, id est, sancta opera sua doctores per infusionem fidei demonstrarent: et haec ad illuminandos homines misericordia coelestis operatur.

Numquid nosti semitas nubium magnas, et perfectas scientias? Hic dum dicit perfectas scientias, de rationalibus se nubibus evidenter ostendit dicere, et praedicatorum viis, et subtilium sensuum semitis. Dic mihi, quaeso, si cognoscere potuisti quae semitae in nubibus sunt magnae et perfectae scientiae? Figurabat, haec dicendo, apostolicas nubes, quarum una citissima nubes ait ad Salvatorem: Tu es Christus Filius Dei vivi, quae quoniam suspensa a terra, et proxima erat coelo, respondet ei Dominus: Hoc tibi non revelavit caro, et sanguis, sed Pater meus. Alius vero apostolus tamquam nubes plena aquis perfectae scientiae, a tonitruo Evangelii copiosum imbrem effundit ita dicens, In principio erat Verbum, etc. Quo validissimo tonitruo ubique resonante, ut omnem terram ad fidem religionis tremore concuteret: alius in Judaea per iteratam nativitatem exortus, velut parva nubecula ita crevit, et flante spiritu dilatatus est, ut pluvias mysteriorum a saeculis secretorum perfectae scientiae, usque ad Illyricum spargeret, aliasque totius mundi regiones largis effusionibus irrigaret. Et hinc est ut aliqui eorum appellarentur filii tonitrui, alius vero diceretur filius suspendentis aquas.

Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro? Alii dixerunt, tua stola calida est. Hoc quidem verum est, quod meridianus ventus sit calidus, quo flante etiam vestimenta hominum, vel corporum, quae animarum vestimenta sunt, concalescunt. Sed quia nubes, homines sanctos, veritas prophetiae nos intelligere compulit ventum calidum a meridie spirantem, ferventem fidem, vel gratiam Spiritus sancti ardentem, et clarius illuminantem intelligamus, vel ipsum Dominum nostrum, de quo legimus: Deus ab Austro veniet, quo rationalem terram perflante, virtutes animi, quae sunt vestimenta interioris hominis, inardescunt, et ideo vestimenta appellantur, quoniam ipsi, qui eis utitur, pulchram animam faciunt, et decoram. Et ob hoc hortatur Apostolus dicens. Fratres, induite vos sicut electi Dei, et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, etc. Et haec igitur ab Heliu, sicut et alia, spiritu prophetiae dicuntur.

¿Acaso sabes cuándo mandó Dios a las lluvias, para que mostrasen la luz de sus nubes? A la manera de los profetas, conmemora lo futuro como si ya hubiese sucedido. Manda pues Dios a las lluvias evangélicas, para que los doctores demostrasen por la infusión de la fe la luz de sus nubes, esto es, sus obras santas: y estas cosas obra la misericordia celestial para iluminar a los hombres.

¿Acaso conoces las grandes sendas de las nubes, y las perfectas ciencias? Aquí, al decir "perfectas ciencias", se muestra claramente que habla de las nubes racionales, y de las vías de los predicadores, y de las sendas de los sutiles sentidos. Dime, te ruego, ¿si pudiste conocer qué grandes sendas de perfecta ciencia hay en las nubes? Figuraba, al decir estas cosas, las nubes apostólicas, una de las cuales nubes velocísimas dice al Salvador: "Tú eres el Cristo, el Hijo del Dios vivo", la cual, por estar suspendida de la tierra y próxima al cielo, le responde el Señor: "Esto no te lo reveló la carne ni la sangre, sino mi Padre". Pero otro apóstol, como nube llena de aguas de perfecta ciencia, derrama desde el trueno del Evangelio un copioso aguacero diciendo así: "En el principio era el Verbo", etc. Resonando por todas partes aquel poderosísimo trueno, para que sacudiese con temblor a toda la tierra hacia la fe de la religión: otro, nacido en Judea por el segundo nacimiento, creció como una pequeña nubecilla, y se dilató por el soplo del espíritu, de modo que esparciera las lluvias de los misterios de perfecta ciencia, secretos desde los siglos, hasta el Ilírico, e irrigara con anchas efusiones otras regiones de todo el mundo. Y de aquí es que algunos de ellos fueran llamados "hijos del trueno", y otro fuera llamado "el hijo del que suspende las aguas".

¿No son cálidas tus vestiduras cuando la tierra es soplada por el Austro? Otros dijeron: "tu estola es cálida". Esto ciertamente es verdad, que el viento meridional es cálido, soplando el cual incluso las vestiduras de los hombres, o los cuerpos, que son las vestiduras de las almas, se calientan. Pero porque la verdad de la profecía nos obligó a entender las nubes como hombres santos, entendamos por el viento cálido que sopla del mediodía la fe ferviente, o la gracia ardiente y más claramente iluminadora del Espíritu Santo, o a nuestro mismo Señor, de quien leemos: "Dios vendrá del Austro", soplando el cual sobre la tierra racional, las virtudes del ánimo, que son las vestiduras del hombre interior, se enardecen, y por eso se llaman vestiduras, ya que ellas mismas hacen el alma de quien las usa bella y decorosa. Y por esto exhorta el Apóstol diciendo: "Hermanos, revestíos como elegidos de Dios y amados, de entrañas de misericordia, de benignidad, de humildad, de modestia, de paciencia", etc. Y estas cosas, pues, se dicen por Eliú, como también las otras, por el espíritu de profecía.

Tu forsitan cum eo fabricatus es coelos, qui solidissimi, quasi aere fusi sunt. Haec ab Heliu juxta litteram in injuriam Job per ironiam dicuntur. Haec igitur prima fronte intellectus hujus dicta sint. Nunc vero secundum prophetiae spiritum, sensum mysticum persequamur, ut coelos Scripturas sanctas intelligamus, quae de coelo datae sunt hominibus, quarum perpetuitatem ex aeris soliditate voluit demonstrare. Sed dicit quispiam: quomodo aeternae erunt Scripturae divinae, si mundus certo fine, Deo denuntiante, est terminandus? sic enim ait in Evangelio: Coelum et terra transibunt. Verum est quidem, quod librorum pelliculae cum ipsis litteris abolendae sunt; sed quia subjungit Dominus, Verba vero mea non praeteribunt: procul dubio quod eisdem apicibus pollicetur, erit aeternum. Hos igitur coelos, ait Heliu, in quibus est divinitatis secreta dispositio, tu forsitan cum Deo, velut simili pollens sapientia, fabricatus es: quos Deus aeternus ante mundi constitutionem praefinivit quandoque erumpere in corpora litterarum, qui in illo aeternaliter erant, non jam existentes, sed ipsi soli praescientiae suae luce conspicui. Et coelos, sanctos angelos non absurde sentimus, qui propter coelorum habitationem, rectissime coeli dicuntur, et sunt velut aes aeternitate solidati. De quibus Psalmista singulari nomine ait: Coelum coeli Domino. Secundum tropicum intellectum coeli, sancti omnes propter coelestem conversationem et propter praedicationem mandatorum coelestium nuncupantur. Heliu autem si prophetiae spiritum habuit, secundum hunc intellectum quem diximus, potuit contemplatione mentis suae haec in Christo revelanda cognoscere, et aliis modis, quibus videtur coelorum nuncupationem sensisse, licet hoc ipsum in irrisionem sancti Job dici non debuerit.

Ostende nobis, quid dicamus illi. Nos quippe involvimur tenebris. Insultantis verbum est, et exprobrantis, ostende nobis, cum illud verbum dicat, sed ad comparationem scientiae sub ignorantiae tenebris commanent. Nam quomodo a sancto Job discere inquirit, quem in verbis suis reprehendit et reprobat. Ostende, inquit, o Job, si aliquid amplius, et melius nosse te arbitraris, quoniam nos grandis ignorantiae atque inscientiae tenebris detinemur. Certum est ergo quod Heliu deridens Job atque subsannans haec dicat.

Tú quizá has fabricado con Él los cielos, que son solidísimos, como fundidos de bronce. Estas cosas se dicen por Eliú según la letra como una injuria a Job por medio de la ironía. Díganse estas cosas en la primera faz de este entendimiento. Pero ahora, según el espíritu de profecía, sigamos el sentido místico, para que entendamos los cielos como las Sagradas Escrituras, las cuales fueron dadas a los hombres desde el cielo, cuya perpetuidad quiso demostrar por la solidez del aire. Pero dice alguno: ¿de qué modo serán eternas las divinas Escrituras, si el mundo ha de terminarse en un fin cierto, por denuncia de Dios? pues así dice en el Evangelio: "El cielo y la tierra pasarán". Verdad es ciertamente que las pieles de los libros con las mismas letras han de ser abolidas; pero porque el Señor añade: "Pero mis palabras no pasarán": sin duda lo que promete por los mismos caracteres será eterno. Estos cielos, pues, dice Eliú, en los cuales está la secreta disposición de la divinidad, tú quizá, como valiendo con similar sabiduría, los fabricaste con Dios: los cuales Dios eterno antes de la constitución del mundo predefinió que alguna vez brotasen en cuerpos de letras, los cuales estaban en Él eternalmente, no existiendo ya, sino conspicuos para Él solo por la luz de su presciencia. Y no sin razón percibimos los cielos como los santos ángeles, quienes por su habitación en los cielos se llaman rectísimamente cielos, y son como endurecidos por el bronce en la eternidad. De los cuales el Salmista dice con nombre singular: "El cielo del cielo para el Señor". Según el sentido trópico, todos los santos son llamados cielos por su conversación celestial y por la predicación de los mandatos celestiales. Pero Eliú, si tuvo el espíritu de profecía, según este entendimiento que dijimos, pudo conocer estas cosas que habían de revelarse en Cristo por la contemplación de su mente, y por otros modos por los cuales se ve que sintió la denominación de los cielos, aunque esto mismo no debió decirse en irrisión del santo Job.

Muéstranos qué le diremos. Pues nosotros estamos envueltos en tinieblas. Es palabra de quien insulta y de quien echa en cara: "muéstranos", cuando dice aquella palabra, pero en comparación con la ciencia permanecen bajo las tinieblas de la ignorancia. Pues ¿cómo busca aprender del santo Job, a quien reprende y reprueba en sus palabras? Muestra, dice, oh Job, si crees saber algo más y mejor, puesto que nosotros estamos detenidos por las tinieblas de la gran ignorancia e inexperiencia. Cierto es pues que Eliú dice estas cosas burlándose de Job y mofándose.

Quis narrabit ei quae loquor? Etiamsi locutus fuerit homo, devorabitur. Dixi tibi quidem, o Job, ut ostenderes mihi quid loqui possem: sed haec ipsa quae de Deo dico, quis ei ausus est loqui? Certe si locutus fuerit quispiam, quod ei omnino non expedit, pro hoc ipso peccato temeritatis et irreverentiae devorabitur, ut hic Heliu ait. Ita in psalmis legimus: Devorati sunt juxta petram judices eorum: ubi intelligitur, peccato diffidentiae devoratos atque absorptos judices populi Israelis in eremo, qui non crediderunt quod possent de petra aquarum flumina virtute divinae promissionis educi.

At nunc non vident lucem. Subito aer cogetur in nubes, et ventus transiens fugabit eas. Ita infelicitate hujusmodi excaecati sunt, ut fiant quemadmodum aer quando crassescit in nubes, et ita in justo judicio Dei velut venti in impetu auferentur, sicut impii, quos dejicit ventus a facie terrae. Alii dixerunt: Omnibus autem non est visibile lumen, quod fulget in nubibus, et spiritus transit et fugabit eas. Hic mysticum nescio quid locutus est, quod jam non omnibus resplendet illuminatio Evangelii. His utique non resplendet, quorum sensus excaecavit Deus, ut non videant lumen Evangelii gloriae Christi, qui est imago invisibilis Patris. Hic igitur spiritus justae sententiae Dei fugabit eos a coetu beatorum, ut non videant lumen Evangelii gloriae Christi.

Ab Aquilone aurum veniet, et a Deo formidolosa laudatio. Audivi quemdam ita dicentem, quod aestatis tempore, sole in aquilone nascente, aurora ardentior rutilat, ita ut ipse sol colorem aureum praeferat: et inde Heliu loqui videatur aurum venire, id est, mundo flammeam rotam solis oboriri, et super hoc praeclarum sidus sit ad Deum hominibus formidolosa laudatio. Nos autem aurum sanctos intelligimus, qui secundum spiritualem sensum ab aquilone diabolo, sanguine Domini redimuntur. Hoc igitur modo venit ad Deum coetus sanctorum cum tremore laudantium eum, ac sibi cum quadam formidine, incredibile arbitrantium, quod potuerunt de hoste gravissimo liberari. Quotidie quoque examinationibus, velut aurum flammis tentationum excoctum, de fornace mundi istius eruuntur. Alii dixerunt, Ab aquilone nubes coloris aurei, in his est magna gloria et honor omnipotentis: non invenimus similitudinem virtutis ejus. Ita enim sanctos homines, qui sunt nubes Dei, tentat frigor aquilonis, ut eos pretiosos, et igne charitatis rutilos reddat. Et idcirco magna gloria Domini et honor omnipotentis est. Non invenitur alius similis virtutis ejus, qui tanta bona ex rebus contrariis speret.

¿Quién le narrará lo que hablo? Aun cuando el hombre hubiere hablado, será devorado. Te dije ciertamente, oh Job, que me mostrases qué podía hablar: pero esto mismo que digo de Dios, ¿quién se atrevió a decírselo? Ciertamente si alguno hubiere hablado lo que no le conviene en absoluto, por este mismo pecado de temeridad e irreverencia será devorado, como aquí dice Eliú. Así leemos en los salmos: "Fueron devorados junto a la piedra sus jueces": donde se entiende que por el pecado de desconfianza fueron devorados y absorbidos los jueces del pueblo de Israel en el desierto, quienes no creyeron que pudieran sacarse de la piedra ríos de aguas por la virtud de la divina promesa.

Pero ahora no ven la luz. Súbitamente el aire se juntará en nubes, y el viento que pasa las ahuyentará. De tal modo están cegados por tal infelicidad que se vuelven como el aire cuando se espesa en nubes, y así en el justo juicio de Dios serán arrebatados como por el ímpetu de los vientos, como los impíos, a quienes el viento derriba de la faz de la tierra. Otros dijeron: "Pero para todos no es visible la luz que brilla en las nubes, y el espíritu pasa y las ahuyentará". Aquí habló algo místico, que ya no a todos resplandece la iluminación del Evangelio. A estos ciertamente no les resplandece, cuyos sentidos cegó Dios para que no vean la luz del Evangelio de la gloria de Cristo, que es la imagen del Padre invisible. Este espíritu pues de la justa sentencia de Dios los ahuyentará del coro de los bienaventurados, para que no vean la luz del Evangelio de la gloria de Cristo.

Del Aquilón vendrá el oro, y de Dios una formidable alabanza. Oí a alguien decir así, que en el tiempo del estío, naciendo el sol en el aquilón, la aurora reluce más ardientemente, de modo que el mismo sol presenta un color dorado: y de ahí parece hablar Eliú que viene el oro, esto es, que nace al mundo la rueda flamígera del sol, y sobre este preclaro astro haya para Dios una formidable alabanza de los hombres. Pero nosotros entendemos por el oro a los santos, quienes según el sentido espiritual son redimidos del Aquilón, el diablo, por la sangre del Señor. De este modo, pues, viene a Dios el coro de los santos con el temblor de los que le alaban, y con cierto pavor para sí mismos, juzgando increíble que pudieran ser librados de un enemigo tan gravísimo. Diariamente también por los exámenes, como oro acrisolado por las llamas de las tentaciones, son sacados del horno de este mundo. Otros dijeron: "Del aquilón nubes de color dorado, en estas está la gran gloria y honor del Omnipotente: no hallamos la semejanza de su virtud". Pues de tal modo el frío del aquilón tienta a los hombres santos, que son las nubes de Dios, para que los devuelva preciosos y relucientes por el fuego de la caridad. Y por eso es gran gloria del Señor y honor del Omnipotente. No se halla otro semejante a su virtud, que espere tan grandes bienes de cosas contrarias.

Digne eum invenire non possumus. Magnus fortitudine et judicio et justitia, et enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, et non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. Quoniam, inquit, sicut fortitudine magnus et potens est Deus: ita judicio et justitia verus est, et enarrari non potest. Idcirco sicuti est, a creatura sua quae adeo imbecillis est et infirma, non potest inveniri: propter quod magni viri atque cordati non praesument scrutari incomprehensibilem, neque contemplari invisibilem conabuntur. Hoc autem totum in sancti Job exprobrationem dicitur: qui dixerit se a Deo sine ullo iniquitatis merito flagellatum. Alii dixerunt: Qui juste judicat, non putas audire eum? propterea timebunt eum homines, timebunt quoque et sapientes: hoc inquiunt, quia Deus juste judicat, apud quem non est personarum acceptio. Omnes sapientes et idiotae, considerantes semetipsos, timebunt eum: scientes quia secundum modum justitiae suae ultor iniquitatum est: exaudiet enim iniqua patientes.

CAPUT XXXVIII.

Respondens autem Dominus Job de turbine dixit. Sermone terribili et increpativo arguendus Job, responsum a Domino accepit, hoc enim ipsum quod de turbine dicitur, ad terrorem pertinet objurgationis, quod esset, ut dixi, increpandus a Domino. Dixerat enim Job se justum injuste a Domino castigatum: de turbine ergo Dominus ait.

Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? His verbis amovetur Heliu cum suis confusis atque permixtis disputationibus contra Job: ubi Dei verba videntur intelligi. Et si tu, o Job, loquendo talia in me, delicta aliqua commisisti: iste quis est qui te audeat redarguere, praesertim cum ad increpandum non sit idoneus, qui velut melior objurgare te debeat? Amoto igitur Heliu de medio cum imperitis ejus sententiis, convertit se Dominus ad Job, et ait ei, ut ad increpationem ejus audiendam se praepararet, dicens hoc modo:

Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, et responde mihi. Omnis igitur qui cum Deo est locuturus, lumbos prius castitate jubetur accingere. Populus etiam legem auditurus, et pascha celebraturus in eremo, lumbos mentis jubetur accingere, ne fluctuantes sinus carnalium cogitationum, gressum sanctae conversationis impediant, vel super lumbos nostros corporeos vestimenta praecingimus. Dicendo ergo:

Dignamente no podemos hallarle. Grande en fortaleza y juicio y justicia, y no puede ser narrado. Por eso le temerán los varones, y no se atreverán a contemplarle todos los que se creen sabios. Puesto que, dice, así como Dios es grande y potente en fortaleza: así es veraz en el juicio y la justicia, y no puede ser narrado. Por lo cual, así como es, no puede ser hallado por su criatura que es tan imbeclil y enferma: por lo cual los grandes varones y prudentes no presumirán escudriñar al Incomprensible, ni intentarán contemplar al Invisible. Pero todo esto se dice en reproche del santo Job: quien dijo que él fue azotado por Dios sin ningún mérito de iniquidad. Otros dijeron: "¿Quién juzga justamente, no crees que le oye? por eso temerán los hombres, temerán también los sabios": esto dicen porque Dios juzga justamente, ante quien no hay acepción de personas. Todos los sabios e ignorantes, considerándose a sí mismos, le temerán: sabiendo que según el modo de su justicia es vengador de las iniquidades: pues oirá a los que padecen cosas inicuas.

CAPÍTULO XXXVIII.

Respondiendo pues el Señor a Job desde el torbellino dijo. Habiendo de ser argüido Job con discurso terrible e increpatorio, recibió respuesta del Señor, pues esto mismo que se dice desde el torbellino pertenece al terror de la reprensión, porque debía ser, como dije, increpado por el Señor. Pues había dicho Job que él, siendo justo, fue castigado injustamente por el Señor: desde el torbellino, pues, dice el Señor.

¿Quién es ese que envuelve sentencias con palabras inexpertas? Con estas palabras es apartado Eliú con sus confusas y mezcladas disputas contra Job: donde se ven entenderse las palabras de Dios. Y si tú, oh Job, hablando tales cosas contra mí, cometiste algunos delitos: ¿quién es este que se atreve a redargüirte, especialmente cuando no es idóneo para increpar, quien como mejor debería reprendertre? Apartado pues Eliú de en medio con sus inexpertas sentencias, se vuelve el Señor a Job, y le dice que se preparara para oír su increpación, diciendo de este modo:

Ciñe como varón tus lomos: te interrogaré, y respóndeme. Todo aquel pues que ha de hablar con Dios, se le manda primero ceñir los lomos con la castidad. También el pueblo que ha de oír la ley, y celebrar la pascua en el desierto, se le manda ceñir los lomos de la mente, para que los fluctuantes senos de los pensamientos carnales no impidan el paso de la santa conversación, o ceñimos las vestiduras sobre nuestros lomos corpóreos. Diciendo pues:

Ubi eras quando ponebam fundamenta terrae? Indica mihi, si habes intelligentiam. Deo respondere non potuit: quasi hoc modo loquitur ei Deus. Tu igitur, Job, qui circa unum homunculum injuste me arguis operari: ubi eras cum ego mundum, quem ex nihilo feceram, gubernarem? et cum omnem creaturam moderatione justitiae regam, in te eram injustitiae aliquid acturus? Hic Deus hoc sermone sub animalium, aviumque nominibus, magna et valde obscura, et Ecclesiae sacramenta contexit. Deus ergo secundum mysticos intellectus in praedestinatione apostolos praecipuos sanctos Ecclesiae fundamenta constituit, sicut ait apostolus: Superaedificati, inquit, super fundamenta apostolorum et prophetarum. Sive, ut alii dixerunt, Ubi eras cum fundarem terram, id est, cum Ecclesiam de terra humani generis congregatam, virtute fidei stabilirem.

Quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? Virtutem suam Deus, et potentiam mensurasque, et mundi conditionem describit, super quem lineam boni rectique operis sui tetenderit. Aliter: mensurae Ecclesiae sunt a solis ortu usque ad occasum: in qua adhuc mensurae intelligi possunt, aequalitas et plenitudo Trinitatis, cui Ecclesiae dicitur per prophetam: In exortu ejus dilata locum tabernaculi tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida, ad dextram et sinistram penetrabis: semen enim tuum gentes haereditabit, et civitates desertas inhabitabit. Super has igitur mensuras locorum omnium, universum mundum rectae fidei tetendit, ut esset omnibus in Christum credentibus labium unum: haec ergo mysteria ante saecula constituta, Job quippe qui dum non esset, scire non potuit. Sive mensuras Ecclesiae, diversitates gratiarum recte intelligimus, quas Apostolus divisiones spiritus appellavit, qui ita cum de diversis gratiis diceret, ait: Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens unicuique prout vult. Item ait: Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Per has igitur gratias intentio est contemplationis, velut linea recte credentium in Deo, sicut dicitur in Actibus Apostolorum: Erat illis cor unum et anima una in Deum.

Super quo bases illius solidatae sunt? Unde potuit creatura rationalis et sapiens opus Creatoris, antequam esset ipsa, cognoscere, cum etiam nunc vix posset aliqua ex operibus ejus sensus attingere. Aliter, super quo bases terrae Ecclesiae solide stabiliuntur, nisi super Christum petram, qui est principium fundamentorum ejus. Bases autem Ecclesiae sunt sancti quique potentes et fortes, a quibus eadem sustinetur et regitur.

¿Dónde estabas cuando yo ponía los fundamentos de la tierra? Indícame, si tienes inteligencia. A Dios no pudo responder: como si de este modo le hablara Dios. Tú pues, Job, que arguyes que obro injustamente respecto a un solo hombrecillo: ¿dwónde estabas cuando yo gobernaba el mundo, que había hecho de la nada? y cuando rijo a toda criatura con la moderación de la justicia, ¿iba yo a obrar algo de injusticia en ti? Aquí Dios, en este discurso bajo nombres de animales y aves, entreteje grandes y muy oscuros sacramentos de la Iglesia. Dios pues, según los sentidos místicos, en la predestinación constituyó a los apóstoles como principales fundamentos santos de la Iglesia, como dice el apóstol: "Edificados", dice, "sobre los fundamentos de los apóstoles y profetas". O, como otros dijeron: "¿Dónde estabas cuando fundara la tierra?", esto es, cuando estabilizara por la virtud de la fe a la Iglesia congregada de la tierra del género humano.

¿Quién puso sus medidas, si lo sabes, o quién tendió sobre ella el cordel? Dios describe su virtud y potencia y medidas, y la condición del mundo, sobre el cual tendió el cordel de su buena y recta obra. De otro modo: las medidas de la Iglesia son desde la salida del sol hasta el ocaso: en la cual todavía pueden entenderse por medidas la igualdad y plenitud de la Trinidad, a cuya Iglesia se dice por el profeta: "En su nacimiento dilata el lugar de tu tabernáculo, y extiende las pieles de tus tabernáculos, no escatimes, haz largos tus cordeles, y consolida tus clavos, penetrarás a la derecha y a la izquierda: pues tu descendencia heredará las naciones, y habitará las ciudades desiertas". Sobre estas medidas pues de todos los lugares, tendió el orbe entero de la recta fe, para que fuera para todos los creyentes en Cristo un solo labio: estos misterios pues constituidos antes de los siglos, Job por cierto, mientras no existía, no pudo saber. O las medidas de la Iglesia rectamente las entendemos como las diversidades de las gracias, las cuales el Apóstol llamó divisiones del espíritu, quien así, cuando hablaba de las diversas gracias, dijo: "Pero todas estas cosas las obra uno y el mismo espíritu, repartiendo a cada uno según quiere". Asimismo dice: "A cada uno de nosotros nos es dada la gracia según la medida de la donación de Cristo". Por estas gracias pues la intención es de la contemplación, como un cordel de los que rectamente creen en Dios, como se dice en los Hechos de los Apóstoles: "Tenían un solo corazón y una sola alma hacia Dios".

¿Sobre qué están consolidadas sus basas? De dónde pudo la criatura racional y sabia conocer la obra del Creador antes de que ella misma existiera, cuando incluso ahora apenas puede con sus sentidos alcanzar algo de sus obras. De otro modo, ¿sobre qué se estabilizan sólidamente las basas de la tierra de la Iglesia, sino sobre Cristo piedra, que es el principio de sus fundamentos? Las basas de la Iglesia son todos los santos potentes y fuertes, por quienes la misma es sustentada y regida.

Alii dixerunt: Super quo circuli ejus fixi sunt? ut intelligamus pondus roboris mundi secundum illum sensum esse, quo Psalmista de hoc loquitur, dicens: Etenim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur. Circuli enim rotundi figura est, figuris caeteris pulchrior. Nam circulus ex omni parte sibi est congruus et aequalis; totusque per semetipsum solidus vadit, et inter oculorum aciem, per suum infinitum habitum, quia sine ullo fine semper in semetipsum recurrit, et inexplicabiliter ducitur. Hic igitur significare mihi videtur hominem in nullo sibi adversantem neque se ex parte aliqua oppugnantem, quales erunt in futuro beato saeculo: tunc enim caro non concupiscet adversus spiritum, et spiritus adversus carnem. Quamvis hujus pacis beatitudinem etiam in hoc saeculo nonnulli sancti ex parte praesenserint: non quidem nullam interioris exteriorisque se in ipsis sentiendo discordiam, sed hostilem vitiorum exercitum resistentibus fortiores superando virtutibus, ut Helcana, pater sancti Samuelis, vir unus dictus est. Sic itaque totus in se erit, sibique conveniens, et immobiliter in illa gloria ac sine fine consistens. Hi igitur circuli figurati per dilectionis Dei copulam, ligno crucis affixi sunt, et unusquisque eorum dicit: Confido enim, quia neque mors, neque vita, etc.

Aut quis demisit lapidem angularem ejus? Hic lapis angularis Christus, qui a Deo Patre positus est in fundamento terrae Dominicae: ipse est enim non solum fundamentalis, sed et angularis, in quo duo populi, Judaeorum videlicet et Gentium, continentur. De quo et Psalmista ait: Lapis quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. Et Apostolus ait: Ipso summo angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis structura compaginata crescit in templum sanctum. Hunc igitur Pater dimisit in terram, ut in fundamentum poneretur.

Cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei? Demisso itaque in fundamentis Sion lapide pretioso, qui est secundus homo de coelo coelestis, laudaverunt, inquit, me simul astra matutina, et injubilarunt omnes filii Dei. Astra et filii Dei angeli intelliguntur, qui in nativitate Salvatoris exsultaverunt. Asicul ait angelus ad pastores: Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Item Evangelista: Et subito facta est cum angelo multitudo, et caetera.

Otros dijeron: "¿Sobre qué están fijos sus círculos?", para que entendamos que el peso de la fortaleza del mundo es según aquel sentido con que el Salmista habla de esto diciendo: "Pues afirmó el orbe de la tierra, que no se conmoverá". Pues el círculo es figura de redondez, más bella que las demás figuras. Pues el círculo es congruo e igual a sí mismo por todas sus partes; y todo él camina sólido por sí mismo, y entre la vista de los ojos, por su hábito infinito, porque sin fin alguno siempre vuelve a sí mismo y es conducido inexplicablemente. Aquí, pues, me parece significar al hombre que en nada se opone a sí mismo ni se impugna por parte alguna, cuales serán en el futuro siglo bienaventurado: pues entonces la carne no codiciará contra el espíritu, ni el espíritu contra la carne. Aunque la bienaventuranza de esta paz también en este siglo algunos santos la presintieron en parte: no por cierto no sintiendo ninguna discordia de lo interior y exterior en sí mismos, sino venciendo al ejército hostil de los vicios con virtudes más fuertes que resisten, como Elcana, padre del santo Samuel, fue llamado un solo varón. Así pues, todo él estará en sí mismo, y será conveniente para sí mismo, y consistirá inamoviblemente en aquella gloria y sin fin. Estos círculos pues figurados por el vínculo del amor de Dios, están clavados al madero de la cruz, y cada uno de ellos dice: "Confío pues que ni la muerte ni la vida", etc.

¿O quién dejó caer su piedra angular? Esta piedra angular es Cristo, quien fue puesto por Dios Padre en el fundamento de la tierra del Señor: pues Él mismo es no solo fundamental, sino también angular, en quien se contienen los dos pueblos, a saber, de los judíos y de los gentiles. De quien también dice el Salmista: "La piedra que reprobaron los edificadores, esta ha sido hecha cabeza de esquina". Y el Apóstol dice: "Siendo el mismo sumo angular Cristo Jesús, en quien toda la estructura compaginada crece para templo santo". A este pues el Padre le dejó caer a la tierra, para que fuera puesto en el fundamento.

¿Cuando me alababan juntas las estrellas de la mañana, y jubilaban todos los hijos de Dios? Dejada pues caer en los fundamentos de Sión la piedra preciosa, que es el segundo hombre del cielo celestial, alabaron, dice, juntas las estrellas de la mañana, e injubilaron todos los hijos de Dios. Por las estrellas e hijos de Dios se entienden los ángeles, quienes se regocijaron en el nacimiento del Salvador. Como dice el ángel a los pastores: "He aquí que os evangelizo un gran gozo, porque ha nacido el Salvador, que es Cristo el Señor, en la ciudad de David". Asimismo el Evangelista: "Y súbitamente se hizo con el ángel una multitud", y lo demás.

Ideo autem angeli astra matutina dicuntur, quia inter creaturas rationales primi facti sunt in die qui est Christus, et filii Dei sunt: non sunt filii tenebrarum, sicut illi qui de eorum numero collapsi sunt, facti non solum filii tenebrarum, sed etiam rectores tenebrarum, id est, hominum peccatorum. Tunc voce magna, sicut supradictum est, laudaverunt me omnes angeli mei. Quemadmodum in illius oviculae, humani generis salute, laudantes Deum gavisi sunt. Item astra matutina omnes filios Ecclesiae non absurde sentimus, qui per baptismum renascuntur Christo, sicut ait Apostolus ad Ecclesiam scribens: Omnes vos estis filii per fidem in Christo Jesu. Hi ergo propter vigiliam matutinam, in qua Dominus resurrexit, astra matutina dicuntur, vel pro incipiente eis gratiae novo lumine, unde et neophyti nuncupantur.

Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens. Cum in conditione mundi aquae omnem terram operirent, et tenebrae essent super faciem abyssi, tunc secundum fidem libri Geneseos, praecepit Deus die tertio, ut omnes aquae in locum unum congregarentur. Quibus etiam terminum finemque imposuit, ne se foras limites suos, ad operiendam terram rursum effunderent. Vulvam de qua mare procederat καταχρηstikōs, ipsam terram subjacentem possumus intelligere, ut de ea, et in ea aquam creatam a Deo esse credamus. Duas enim partes mundi magnas, coelum et terram, Deus ex nihilo fecit, et ima earum de materia informi, caeteras autem creaturas distinctas sive formatas instituit, inter quarum creationem et aquas credimus factas, quarum quidem conditionem, in principio Genesis scriptam non legimus. Aliarum vero pene omnium factura in libris Dominicis recensetur. Licet et de ipso mari sanctus David dixerit, cum de beato viro loqueretur: Spes ejus in Domino Deo ipsius, qui fecit coelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt. Hunc ergo maris processum, effusionem aquarum dicere mihi videtur, qui de occultis venarum terrae finibus emanabat, et operiebat omnem faciem terrae. Quod in diluvio manifestius factum legimus, ubi dicitur: Et omnes fontes abyssi magnae erupti sunt. Proinde vulvam maris, terrae sinum dictum existimo, ut mare de eadem progenitum noverimus. Sed dicit aliquis: Ego aquarum moles coelo et terrae dico esse congenitas, et simul creatas. Denique de aquis quemadmodum et de terra fecit Deus, sive produxit caeteras creaturas. Si ergo hoc opinionem istam confirmat, ut ideo et aquae ex nihilo creatae dicantur, quia et de ipsis alia, et alia in ipsis jubente Deo quam plurima animantia processerunt. De coelo quid dicemus, quod est pars mundi praestantior, de quo non legimus, quod ex eo quasi informi materia aliquid procreatum sit. In quo etiam, quod ad majorem decoris ejus pertinet pulchritudinem, stellas ac diversos astrorum globos Deus fecit, ordinavit, et composuit.

Por eso pues los ángeles son llamados estrellas de la mañana, porque entre las criaturas racionales fueron hechos los primeros en el día que es Cristo, y son hijos de Dios: no son hijos de las tinieblas, como aquellos que de su número cayeron, hechos no solo hijos de las tinieblas, sino también rectores de las tinieblas, esto es, de los hombres pecadores. Entonces con gran voz, como se ha dicho arriba, me alabaron todos mis ángeles. Al modo que en la salvación de aquella ovejuela, el género humano, se gozaron alabando a Dios. Asimismo, no sin razón percibimos a todos los hijos de la Iglesia como estrellas de la mañana, quienes por el bautismo renacen a Cristo, como dice el Apóstol escribiendo a la Iglesia: "Todos vosotros sois hijos por la fe en Cristo Jesús". Estos pues por la vigilia matutina, en la cual el Señor resucitó, se llaman estrellas de la mañana, o por el nuevo sol de gracia que les nace, de donde también se llaman neófitos.

"¿Quién cerró con puertas el mar, cuando irrumpía como saliendo de la matriz?" Cuando, en la condición del mundo, las aguas cubrían toda la tierra, y había tinieblas sobre la faz del abismo, entonces según la fe del libro del Génesis, mandó Dios en el tercer día que todas las aguas se congregaran en un solo lugar. A las cuales también impuso un término y un fin, para que no se derramaran otra vez fuera de sus límites para cubrir la tierra. La matriz de la cual el mar había salido la podemos entender figuradamente (katachrēstikōs) como la misma tierra subyacente, de modo que creamos que el agua fue creada por Dios de ella y en ella. Pues Dios hizo de la nada dos grandes partes del mundo, el cielo y la tierra, y estableció lo más bajo de ellas de materia informe, pero instituyó las demás criaturas distintas o formadas, entre cuya creación creemos que fueron hechas las aguas, de cuya condición ciertamente no leemos escrito en el principio del Génesis. Sin embargo, la hechura de casi todas las demás se relata en los libros del Señor. Aunque también del mismo mar dijo el santo David, cuando hablaba del varón bienaventurado: "Su esperanza está en el Señor su Dios, que hizo el cielo y la tierra, el mar y todas las cosas que hay en ellos". Este proceso del mar, por tanto, me parece que habla de la efusión de las aguas, que emanaba de los límites ocultos de las venas de la tierra, y cubría toda la faz de la tierra. Lo cual leemos hecho más manifiestamente en el diluvio, donde se dice: "Y todas las fuentes del gran abismo fueron rotas". Por consiguiente, estimo que "la matriz del mar" es llamada el seno de la tierra, para que sepamos que el mar fue engendrado de la misma. Pero dice alguno: "Yo digo que las moles de las aguas fueron congénitas con el cielo y la tierra, y creadas al mismo tiempo". En fin, de las aguas, al igual que de la tierra, hizo Dios o produjo las demás criaturas. Si, por tanto, esto confirma aquella opinión, de modo que también se diga que las aguas fueron creadas de la nada, porque tanto otras cosas de ellas, como muchísimos seres vivos en ellas, procedieron por mandato de Dios. ¿Qué diremos del cielo, que es la parte más excelente del mundo, de la cual no leemos que de él se haya procreado algo como de materia informe? En el cual también, lo que pertenece a su mayor belleza de decoro, Dios hizo, ordenó y compuso las estrellas y los diversos globos de los astros.

Et juxta hanc assertionem, meliora erunt maris et terrae elementa, quam coelum, cujus ornatum pulcherrimum admirantes suspicimus: quoniam praecellit vel maxime caeteras creaturas.

Cum ponerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem. Cum ergo, ait, magnum sit mare latitudine, et longitudine et profundo: per fortitudinem tamen potentiae meae illud velut parvum elementum, nube tamquam vestimento contexi et caligine; modicis videlicet, et vilibus rebus operui, quae assimilantur pannis infantiae. Et quia mare superius diximus quasi de vulva procedere, servans translationem nominis, ipsum mare velut parvulum procreatum. Tamquam pannis infantiae ait caligine obvolutum, sive, ut alii dixerunt, et nebula obvolvi illud.

Circumdedi illud terminis meis, et posui vectem et ostia, et dixi: Usque huc venies et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Termini isti, divini sermones sunt, qui sententia immobili, velut termini defixi intelliguntur, hoc ipsum est et illud quod sequitur, Deo dicente, posui vectem et ostia. Aliter, quis conclusit ostiis mare? Saeculum hoc Scripturae divinae frequenter mare appellant, ut etiam sanctus David ait: Hoc mare magnum, et spatiosum manibus. Item: Qui descendunt mare in navibus. Et Abacuc: Misisti in mare equos tuos. Et Isaias: Occidit cetum qui in mari est. Proinde hoc mare praeceptis divinis, velut quibusdam limitibus sacrorum eloquiorum concluditur, ut de utero cordis sui, ubi cogitationibus velut ex semine, curas atque illecebras mundiales voluptatum, delectatione concipiebat, jam non in opus quasi parturiendo erumperet, seque effunderet in diversa facinora perpetranda; et ideo cum vidisset propheta mundum credentem Deo, hoc bonum in se continentiae possidere, gratulans ait ad Deum: Tu confirmasti in virtute tua mare. Mundum dico fidelem sanctae Ecclesiae populum: qui mare specialiter dicitur, et habitat in hoc mundo. Et iste est ille mundus fidelium, de quo Dominus ait: Sic enim dilexit Deus hunc mundum, ut Filium suum unigenitum daret pro eo. Est et mundus incredulorum, de quo similiter Dominus ait ad discipulos suos: Si mundus vos odit: scitote quia priorem me odio habuit, etc. Sic itaque duos mundos populorum in hoc corporali, et in animali mundo dicimus habitare, qui et duo maria, secundum exemplum superius positum, dici possunt, ab hoc scilicet mari aquarum metaphoricos nomen accipientes, quia et domus bona, sive mala, et civitas optima, sive pessima. Mare vero tropicos dicuntur populi fluctuantes, qui in hac vita inquieto motu incertoque jactantur.

Y según esta afirmación, mejores serán los elementos del mar y de la tierra que el cielo, cuyo ornato hermosísimo admiramos al contemplarlo: puesto que aventaja sobremanera a las demás criaturas.

"Cuando ponía la nube por su vestidura, y la envolvía con calígine como con pañales de la infancia". Cuando, por tanto, dice que el mar es grande en latitud, longitud y profundidad: sin embargo, por la fortaleza de mi poder lo cubrí como un pequeño elemento con una nube como con una vestidura y con calígine; lo cubrí, a saber, con cosas módicas y viles, que se asimilan a los pañales de la infancia. Y porque arriba dijimos que el mar sale como de la matriz, conservando la traslación del nombre, habla del mismo mar como procreado como un niñito. Dice que está envuelto en calígine como en pañales de la infancia, o, como otros han dicho, "y con niebla envolverlo".

"Lo rodeé con mis términos, y puse cerrojo y puertas, y dije: Hasta aquí vendrás y no pasarás más adelante, y aquí quebrantarás tus hinchadas olas". Estos términos son los discursos divinos, que por sentencia inamovible se entienden como términos fijos; esto mismo es también aquello que sigue, diciendo Dios: "puse cerrojo y puertas". De otro modo, ¿quién cerró con puertas el mar? Las Divinas Escrituras frecuentemente llaman a este siglo el mar, como también dice el santo David: "Este mar grande y espacioso de manos". Asimismo: "Los que descienden al mar en naves". Y Habacuc: "Enviaste al mar tus caballos". E Isaías: "Mató al cetáceo que está en el mar". Por consiguiente, este mar es cerrado por los preceptos divinos, como por ciertos límites de las sagradas elocuciones, para que desde el útero de su corazón, donde concebía por el deleite de los pensamientos, como de semilla, los cuidados y atractivos de los placeres mundanales, ya no irrumpiera en la obra como por parto, y se derramara en la perpetración de diversos crímenes. Y por eso cuando el profeta hubo visto al mundo creyendo en Dios, poseer en sí este bien de la continencia, felicitándose dice a Dios: "Tú confirmaste el mar en tu virtud". Llamo mundo al pueblo fiel de la santa Iglesia: que se llama mar especialmente, y habita en este mundo. Y este es aquel mundo de los fieles, del cual dice el Señor: "Porque de tal manera amó Dios a este mundo, que dio a su Hijo unigénito por él". Hay también un mundo de los incrédulos, del cual de igual modo dice el Señor a sus discípulos: "Si el mundo os odia: sabed que antes que a vosotros me odió a mí", etc. Así, pues, decimos que dos mundos de pueblos habitan en este mundo corporal y en el animal, los cuales también pueden llamarse dos mares, según el ejemplo puesto arriba, tomando el nombre metafórico de este mar de aguas, porque hay tanto casa buena como mala, y ciudad óptima como pésima. Pero se llaman mar figuradamente (tropicos) los pueblos fluctuantes, que en esta vida son sacudidos por un movimiento inquieto e incierto.

Cum ponerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud velut pannis infantiae obvolverem. Nubem omnia operientem Spiritum sanctum, creaturis omnibus infusum ac superfusum accipiamus, de quo ait: Spiritus Domini superferebatur super aquas. Caligo autem quidquid est inane trans mundum: ubi levitas est, id est, retro defectus intelligi potest. Moraliter autem juxta auctoritatem Scripturae, nubes sunt unusquisque veritatis annuntiator. Horum igitur verbis consolatoriis atque doctrina, rorando desuper, ait Dominus, mundum fidelium ab aestu tentationum protexi, eique umbram supra promissione aeternae beatitudinis praebui, hoc est, vestimentum per sanctos meos ministros Evangelii ei super mare populorum expandi: ne videlicet infideli caumate torreretur. Quod etiam mare populorum intra praedicationem perfectam Evangelii positum, propter morum infantiam in quibusdam lactea doctrina, velut vilioribus vestimentis operitur, eo quod sacratiora mysteria non valeant intueri, quae sunt intelligentiae involuta caligine.

Circumdedi illud terminis meis, et posui vectem et ostia. Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Terminis, inquit Deus, mandatorum meorum, praedictum mare intra unius fidei confessionem congregavi atque conclusi, et ad condensandum se, fortissimum illi vectem charitatis opposui, ostia quoque infidelitatis obstruxi, ut quantalibet tempestatum ac persecutionum violentia, defixos obedientiae limites transcendere compellatur. Numquam charitatis meae circumsepta transiliat, cui dixi: Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Id est, si qui forte cogitationum malarum fluctus te intra pelagus tui cordis exagitant, ventusque validus pressurarum te funditus commovere pertentat, de statu quoque tuo in aridam siccitatem, velut in arena steriles impellat. Haec munimenta fidei et charitatis meae cave ne transeas: et ita fiet, ut minaces venti insurgentes allisi in petra validissima dissolvantur.

Numquid post ortum tuum praecepisti diluculo, et ostendisti aurorae locum suum. Hoc Dominus ait ad Job, quod conditarum ac secretarum rerum suarum per gyros suos recurrentes ad ordinata loca, redire quotidie ipse disponat: et idcirco Job arguitur, qui Deum factorem et gubernatorem rerum omnium diceret nullo moderamine aequitatis operatum: et quasi ita dicens ait ei: Tu qui valde sapientem te arbitraris, et quasi coaequalis lucem meam fueris fabricatus, et de meis judiciis disputare posse credis:

"Cuando ponía la nube por su vestidura, y la envolvía con calígine como con pañales de la infancia". Entendamos por la nube que todo lo cubre al Espíritu Santo, infundido y superpuesto a todas las criaturas, de quien dice: "El Espíritu del Señor se movía sobre las aguas". La calígine, en cambio, puede entenderse como todo lo que es vano a través del mundo: donde hay ligereza, esto es, defecto hacia atrás. Moralmente, sin embargo, según la autoridad de la Escritura, las nubes son cada uno de los anunciadores de la verdad. Por las palabras consoladoras y la doctrina de estos, rociando desde arriba, dice el Señor, protegí al mundo de los fieles del ardor de las tentaciones, y le proporcioné sombra por encima por la promesa de la eterna bienaventuranza, esto es, extendí la vestidura a través de mis santos ministros del Evangelio sobre el mar de los pueblos: para que no se quemara, a saber, con el ardor (caumate) infiel. El cual mar de los pueblos también, puesto dentro de la predicación perfecta del Evangelio, por la infancia de costumbres en algunos es cubierto con doctrina láctea, como con vestiduras más viles, por cuanto no valen para contemplar los misterios más sagrados, que están envueltos en la calígine del entendimiento.

Lo rodeé con mis términos, y puse cerrojo y puertas. Hasta aquí vendrás, y no pasarás más adelante, y aquí quebrantarás tus hinchadas olas. Con los términos, dice Dios, de mis mandamientos, congregué y cerré al predicho mar dentro de la confesión de una sola fe, y para condensarse, le opuse el fortísimo cerrojo de la caridad, obstruí también las puertas de la infidelidad, para que por mucha que sea la violencia de las tempestades y persecuciones, sea compelido a trascender los términos fijos de la obediencia. Nunca salte los cercados de mi caridad, a quien dije: "Hasta aquí vendrás, y no pasarás más adelante, y aquí quebrantarás tus hinchadas olas". Esto es, si acaso algunas olas de malos pensamientos te agitan dentro del piélago de tu corazón, y el viento válido de las presiones intenta conmoverte profundamente, y te impulse desde tu estado a la aridez seca, como estéril en la arena. Estos baluartes de mi fe y mi caridad cuida de no trasponerlos: y así sucederá que los vientos amenazantes que se levantan, estrellados contra la roca validísima, se disuelvan.

"¿Acaso después de tu nacimiento mandaste al alba, y mostraste a la aurora su lugar?" Esto dice el Señor a Job, que Él mismo dispone diariamente los regresos de sus cosas establecidas y secretas por sus giros a los lugares ordenados: y por eso Job es reprendido, quien decía que Dios, hacedor y gobernador de todas las cosas, obraba sin ningún moderamen de equidad: y como diciendo así le dice: "Tú que te juzgas muy sabio, y como si hubieras sido fabricado coetáneo a mi luz, y crees poder disputar de mis juicios:

si elementa astrorum praeceptum impleant Creatoris, te forsitan disponente mysterii sui pergunt cursum, cum ista priusquam tu in Adam per me existeres, sint creata. Aliter: Hoc diluculum Salvator noster est, qui et sol justitiae appellatur. Ipse calore fidei et splendore gratiae suae, Ecclesiam, mundum scilicet rationalem illuminat. Igitur numquid tu, Job, praecepisti huic diluculo, ut oriretur de coelo resplendens his qui sedebant in tenebris et umbra mortis: quemadmodum ergo ut, Job, post initium tuum praecipere non potuisti aeternis, ut mundo in errorum tenebris constituto esset diluculum: ita nec post mortis occasum ejus, resurrectionis et locum gloriae ejus in dextra Patris sui ostendere potuisti, quem post mortem quam sponte susceperat, ad me iterum revocavi. Sicut ipse Dominus Jesus ait in Evangelio: Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius.

Et tenuisti concutiens extrema terrae, et excussisti impios ex ea? Potest haec terra Ecclesia intelligi: de cujus fundamentis Dominus superius dixit, de qua in extremis terrae, id est, in novissimo saeculo excutiendi sunt peccatores; ita ipse Dominus ait: Ecce mandabo, et concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro. Deus ergo qui secundum prophetam mensus est aquas pugillo, et coelos palmo ponderavit, et tribus digitis terram appendit, ipse pro magnitudine utraque manu tenens margines terrae, quasi cribrum huc atque illuc concutit, sive excutit tamquam vestimentum, ut impios velut paleas, et lolium excutiat a frumento justorum. Proinde haec omnia operantis non solum fortitudo, verum et justitia demonstrat, et inde est, quod sancto Job Dominus cum increpatione loquitur: quare dixerit innocenti sibi poenam acerrimae tentationis illatam. Secundum moralem vero sensum intelligentiae loci hujus, ut aestimo facilior exitus, ut terram interpretemur naturam humanam, quia ab humo homo dictus est, et extrema sint, sanctorum vita, quia in carne positi, sine carnalibus illecebris vivunt. Et ideo in extremis terrae dicuntur: de terrenis actibus euntes, non in medio tamquam in tota carne viventes. Haec igitur extrema, sive fines terrae in manu Domini sunt, sicut ait propheta: Quia in manu ejus sunt omnes fines terrae: quos hic ait Dominus se tenere atque concutere, ut tremant a facie ejus, sicut de eo propheta ait: Qui respicit terram, et facit eam tremere. Et ita de terra eorum excutit impios, quos utique exsecrandos mores intelligimus vitiorum. Excutit ergo Dominus a sanctis suis hujus mundi impios, quando eos ab illis purificatos constituit innocentes.

si los elementos de los astros cumplen el precepto del Creador, tal vez por tu disposición prosiguen el curso de su misterio, cuando estas cosas fueron creadas antes de que tú en Adán existieras por mí". De otro modo: Este alba es nuestro Salvador, que también se llama sol de justicia. Él mismo ilumina a la Iglesia, a saber, el mundo racional, por el calor de la fe y el esplendor de su gracia. Por tanto, ¿acaso tú, Job, mandaste a este alba que naciera del cielo resplandeciente para los que estaban sentados en tinieblas y sombra de muerte? Al modo que, por tanto, después de tu inicio, Job, no pudiste mandar a las cosas eternas que hubiera alba para el mundo constituido en las tinieblas de los errores: así tampoco después del ocaso de su muerte pudiste mostrar el lugar de su resurrección y de su gloria a la diestra de su Padre, a quien después de la muerte que espontáneamente había asumido, revoqué de nuevo a mí. Como el mismo Señor Jesús dice en el Evangelio: "Si, pues, viereis al Hijo del Hombre subiendo a donde estaba antes".

"¿Y sostuviste sacudiendo los extremos de la tierra, y sacudiste a los impíos de ella?" Puede entenderse esta tierra como la Iglesia: de cuyos fundamentos habló el Señor arriba, de la cual en los extremos de la tierra, esto es, en el último siglo, han de ser sacudidos los pecadores; así el mismo Señor dice: "He aquí que mandaré, y sacudiré en todas las gentes la casa de Israel, como se sacude el trigo en la criba". Dios, pues, que según el profeta midió las aguas con el puño, y pesó los cielos con la palma, y colgó la tierra con tres dedos, Él mismo por su magnitud sosteniendo con ambas manos los márgenes de la tierra, como una criba la sacude de aquí para allá, o la sacude como una vestidura, para sacudir a los impíos como paja y cizaña del trigo de los justos. Por consiguiente, no solo la fortaleza sino también la justicia del que obra demuestra todas estas cosas, y de ahí es que el Señor habla al santo Job con reprensión: por qué dijo que se le había infligido la pena de una acerquísima tentación siendo inocente. Pero según el sentido moral del entendimiento de este lugar, como estimo que la salida es más fácil, que interpretemos la tierra como la naturaleza humana, porque de la "tierra" (humo) se llama el "hombre" (homo), y los "extremos" (extrema) sean la vida de los santos, porque puestos en la carne, viven sin atractivos carnales. Y por eso se dicen estar en los extremos de la tierra: partiendo de los actos terrenos, no viviendo en medio como en toda la carne. Estos extremos, pues, o confines de la tierra están en la mano del Señor, como dice el profeta: "Porque en su mano están todos los confines de la tierra": los cuales dice aquí el Señor que Él sostiene y sacude, para que tiemblen ante su faz, como de Él dice el profeta: "El cual mira la tierra, y la hace temblar". Y así de su tierra sacude a los impíos, a quienes por cierto entendemos como las execrables costumbres de los vicios. Sacude, pues, el Señor de sus santos a los impíos de este mundo, cuando los constituye inocentes purificados de aquellos.

De talibus impiis et peccatoribus propheta dicebat: In matutino, id est, in cognitione scientiae Dei, fidei in me lucerna nascente, interficiebam omnes peccatores terrae, ut disperderem de civitate Domini: qualibet utique anima sancta, omnes operantes iniquitatem. Sive in novissimo tenebit Deus mundum, quasi reum ad judicium suum, quo tempore extrema etiam terrarum, conscientiae tremore quatientur, ubi minimos quosque in extremis terrae intelligere possumus, qui et ipsi justo judicio Dei, ut superbi et impii de terra mansuetorum excutiendi sunt. Beati enim mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

Restituetur ut lutum signaculum, et stabit sicut vestimentum. Signaculum istud, anima hominis intelligitur, quae ad imaginem Dei facta est. Expressa est in ea similitudo bonitatis Dei, omniumque virtutum decus. Hoc igitur signaculum imaginis Dei et similitudinis, per Adae peccatum attritum fuerat, et oblitteratum, et rursum per Christum iterata impressione restituetur. Quod signaculum nunc quidem per fidem, et baptismi gratiam renovatur, et vita meliore, menti insculpetur. Sed in resurrectione totum omnimodo restaurabitur, quando sicut humani corporis lutum in incorruptione reparabitur, ita et anima cum eo pariter vestimento immortalitatis, velut stola gloriae vestietur. Ut quemadmodum ipsa gloria, et incorruptio immortalitatis, id est, Christus manet in aeternum: ita et is qui ea indutus fuerit, gloriosus sine fine permaneat. De quo vestimento respiciens ad lutum carnis suae, Apostolus ait: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Hoc tamen diligentius est intuendum, quod in Scripturis diverso intellectu vestimenta dicuntur. Vestimentum ergo aliquando dicitur ipsum corpus nostrum, quo anima velut amictu circumdatur: sicut propheta ait ad animam peccatricem: Operiet iniquitas tua vestimentum tuum. Item vestimenta sunt animae virtutes, quibus eadem anima componitur et ornatur. De quibus propheta ait ad justum misericordias operantem: Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur: Et quoniam haec vestimenta viva sunt, et rationabilia, non fient tibi, sed orientur in te. Et peccata aliquando vestimenta nuncupantur, ut Zacharias propheta ait: Et Jesus erat indutus vestimentis sordidis. Dixit angelus ad eos qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo: dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitatem tuam. Supra diximus vestimentum esse gloriam immortalitatis, cujus luce quae numquam deficiet, homo est aeternaliter vestiendus. Alii interpretes ita dixerunt: Et tu sumens terrae lutum, figurasti hominem, et famosum eum posuisti super terram: id est, creaturis omnibus praeeminentem. Dum haec Dominus ad Job loquitur, vehementer arguitur.

De tales impíos y pecadores decía el profeta: "En la mañana", esto es, en el conocimiento de la ciencia de Dios, naciendo en mí la lámpara de la fe, "mataba a todos los pecadores de la tierra, para perder de la ciudad del Señor": a saber, en cualquier alma santa, a todos los que obran la iniquidad. O en el último tiempo sostendrá Dios al mundo como reo para su juicio, en cuyo tiempo también los extremos de las tierras serán sacudidos por el temblor de la conciencia, donde podemos entender a todos los más pequeños en los extremos de la tierra, que también ellos mismos por el justo juicio de Dios, como soberbios e impíos, han de ser sacudidos de la tierra de los mansos. "Pues bienaventurados los mansos, porque ellos mismos poseerán la tierra".

"El sello será restaurado como el lodo, y permanecerá como una vestidura". Este sello se entiende como el alma del hombre, que fue hecha a imagen de Dios. En ella está expresada la semejanza de la bondad de Dios, y el decoro de todas las virtudes. Este sello, pues, de la imagen y semejanza de Dios, había sido desgastado y borrado por el pecado de Adán, y será restaurado de nuevo por Cristo por una impresión reiterada. El cual sello ahora ciertamente se renueva por la fe y la gracia del bautismo, y por una vida mejor será grabado en la mente. Pero en la resurrección todo será restaurado por completo, cuando así como el lodo del cuerpo humano será reparado en la incorrupción, así también el alma junto con él será vestida igualmente con la vestidura de la inmortalidad, como con una estola de gloria. Para que así como la gloria misma y la incorrupción de la inmortalidad, esto es, Cristo, permanece para siempre: así también aquel que de ella estuviere vestido permanezca glorioso sin fin. De cuya vestidura el Apóstol, mirando hacia el lodo de su carne, dice: "Conviene que esto corruptible se vista de incorrupción, y esto mortal se vista de inmortalidad". Sin embargo, esto debe ser mirado con más diligencia, porque en las Escrituras se llaman vestiduras con diverso entendimiento. Pues a veces se llama vestidura a nuestro mismo cuerpo, con el cual el alma es rodeada como con un manto: como dice el profeta al alma pecadora: "Tu iniquidad cubrirá tu vestidura". Asimismo, las vestiduras son las virtudes del alma, con las cuales la misma alma es compuesta y adornada. De las cuales dice el profeta al varón justo que obra misericordias: "Entonces irrumpirá tu luz matutina, y tus vestiduras nacerán pronto". Y puesto que estas vestiduras son vivas y racionales, no se te harán, sino que "nacerán" en ti. Y a veces los pecados se llaman vestiduras, como dice el profeta Zacarías: "Y Jesús estaba vestido con vestiduras sucias". Dijo el ángel a los que estaban ante él, diciendo: "Quitadle las vestiduras sucias: le dijo: He aquí que quité tu iniquidad". Arriba dijimos que la vestidura es la gloria de la inmortalidad, con cuya luz que nunca faltará, el hombre ha de ser vestido eternamente. Otros intérpretes dijeron así: "Y tú tomando el lodo de la tierra, figuraste al hombre, y famoso lo pusiste sobre la tierra": esto es, preeminente sobre todas las criaturas. Mientras el Señor habla estas cosas a Job, este es vehementemente reprendido.

Secundum autem mysticos intellectus, obumbrante Spiritu sancto, figuratus est homo Jesus Christus de terra Mariae virginis. Hic igitur homo de luto carnis humanae assumptus est. Lutum hoc loco non propter vilitatem nominis dictum noverimus, sed propter ipsam materiam, de qua sumptus est Christus: veluti Adam in principio, qui de limo terrae plasmatus est. Et sicut ille per unum existit de sinu terrae: ita et hic per unum creantem se, formatus est in utero matris. Et ita famosus est super omnem terram: unde jam a solis ortu usque ad occasum laudetur nomen Domini.

Auferetur ab impiis lux sua, et brachium excelsum confringetur. Lux impiorum est hujus mundi gloria, et felicitas, quae mundo praetereunte transibit, sicut et Salomon ait: Lumen impiorum exstinguetur: et eorum virtus et potentia, quae brachii nomine dicta sunt, illico conterentur.

Numquid ingressus es profundum maris, et in novissimis abyssi deambulasti. Providentiam suam Deus qua cuncta dispensat et regit, in his locis multo copiosoque sermone significat. Unde ait ad Job: Si potes ubique esse, et nosse omnia quae creata sunt: et si abditos terrarum sinus penetrare potuisti, si etiam profunda maris, et novissima ejus atque extrema abyssi pervagatus es. Ad increpationem ergo Job ista dicuntur. Ubi alii dixerunt: Numquid ingressus es fontem maris? initium atque originem, unde ipsum mare, quasi de matrice, de mari Oceano emanat, dicere videtur, quod Oceani perenni cursu ac recursu fieri novimus, feruntque hoc atque confirmant, quod illa immensa effusio maris Oceani, per omnium regionum ac provinciarum fluvios itura uno puncto temporis fiat. At nos tamen scimus omnium dierum ac noctium alternatis successibus, per horas viginti quatuor venire, atque unius horae aequinoctialis dodrante transmisso, tardius sine intermissione, sive die venire, sive nocte, per quinque aequinoctiales horas refluitura, aestu violentoque impetu, sive in opertis tantum, sive retusis magnorum quoque fluminum cursibus ad superiora conscendere, ac per septem ejusdem mensurae horas cursu paulo leniore diffluere, et in ea tantum quae quinque horis fuerant suppleta, vacuare. Proinde incredibile videri potest, quod in eodem mari velut fons quidam tantarum aquarum ebulliat, de cujus profunditate et sufficiente abysso, definito sibi tempore aquae illae in superficie profundantur, et rursum recurrentes in eosdem profundissimos sinus decidant: praecipitesque discedant, et a Deo sibi constituta lege perpetua, ab imis semper ebulliant atque iterum in ima decurrant, et inde forsitan dixerit Deus ad sanctum Job: Numquid ingressus es fontem maris? Quoniam Deo soli nota sunt quae creavit.

Pero según los entendimientos místicos, ensombreciendo el Espíritu Santo, fue figurado el hombre Jesucristo de la tierra de la Virgen María. Este hombre, pues, fue asumido del lodo de la carne humana. Sepamos que el "lodo" (lutum) en este lugar no es dicho por la vileza del nombre, sino por la materia misma de la cual fue tomado Cristo: como Adán al principio, que fue plasmado del limo de la tierra. Y como aquel existe por uno del seno de la tierra: así también este, por el uno que lo crea, fue formado en el útero de su madre. Y así es famoso sobre toda la tierra: de donde ya desde la salida del sol hasta el ocaso sea alabado el nombre del Señor.

"Se quitará a los impíos su luz, y el brazo excelso será quebrantado". La luz de los impíos es la gloria y felicidad de este mundo, que pasará al pasar el mundo, como también dice Salomón: "La lumbre de los impíos se apagará": y su virtud y potencia, que se dicen con el nombre de brazo, al instante serán trituradas.

"¿Acaso has entrado en lo profundo del mar, y has caminado en lo último del abismo?" Dios significa en estos lugares con mucho y copioso discurso su providencia por la cual dispensa y rige todas las cosas. Por lo cual dice a Job: "Si puedes estar en todas partes, y conocer todas las cosas que son creadas: y si has podido penetrar los senos ocultos de las tierras, si también has vagado por las profundidades del mar, y lo último de él y los extremos del abismo". Para reprensión, pues, de Job se dicen estas cosas. Donde otros dijeron: "¿Acaso has entrado en la fuente del mar?" parece decir el inicio y origen de donde el mismo mar, como de una matriz, emana del mar Océano, lo cual sabemos que sucede por el perenne curso y recurso del Océano. Y relatan esto y confirman que aquella inmensa efusión del mar Océano, que ha de ir por los ríos de todas las regiones y provincias, se hace en un punto de tiempo. Pero nosotros, sin embargo, sabemos que con los sucesos alternos de todos los días y noches, viene a través de veinticuatro horas, y pasado el dodrante de una hora equinoccial, más tarde sin intermisión, ya venga de día o de noche, para refluir por cinco horas equinocciales, con flujo e ímpetu violento, ya sea solo en los lugares cubiertos, o con los cursos de los grandes ríos también rechazados hacia las partes superiores, asciende y fluye por siete horas de la misma medida con curso un poco más suave, y se vacía en aquello que en cinco horas había sido llenado. Por consiguiente, puede parecer increíble que en el mismo mar como si una cierta fuente de tan grandes aguas borboteara, de cuya profundidad y suficiente abismo, en tiempo definido para sí, aquellas aguas se derraman en la superficie, y volviendo de nuevo caen en los mismos profundísimos senos. Y se retiran precipitadas, y por la ley perpetua establecida para ellas por Dios, borbotean siempre desde lo profundo y corren de nuevo hacia lo profundo; y de ahí tal vez dijo Dios al santo Job: "¿Acaso has entrado en la fuente del mar?" Puesto que solo a Dios son conocidas las cosas que creó.

Porro secundum mysticos intellectus hoc dixisse Deum puto, quod circa finem saeculi pro redemptione hominis ad inferos esset descensurus, ubi pro potestate descendentis deambulasse eum dixit: Quia impossibile erat, ut quasi reus peccati infernalibus vinculis teneretur. Ipse enim solus factus est, sicut homo. Ad praesens quidem sine adjutorio, sed tamen inter mortuos liber. Quautem infernus in imo terrarum sit, Jonas propheta, qui specialiter habuit figuram Salvatoris, in oratione sua quam in ventre piscis effudit, manifeste demonstrat, quemque in infernum abyssi aquae circumluant, et multis aliis locis Scripturae de qualitate inferorum loquuntur.

Possumus et moraliter hunc locum ita sentire, ut quia mare per figuram, hoc saeculum dici novimus: profunda ejus super omnes iniquos et peccatores, qui quantum illud diligunt, tamen in ejus obscurissimam profunditatem demergunt, ut omnino non videant lumen Evangelii et gloriae Christi. Novissima vero abyssi sint omnes impii et sacrilegi, qui in profundiores peccatorum tenebras descendentes, lasciviarum nimio fluxu, velut aquarum multitudine deprimuntur: ad hos Dominus noster neminem despiciens, omnesque salvare cupiens, venire dignatus est, ut corda eorum infidelitate caecata, per gratiam suam illuminaret, et effecti lux in Domino, fierent templum ejus, ut inambularet et inhabitaret in eis, et esset eorum Deus.

Numquid apertae sunt tibi portae mortis, et ostia tenebrosa vidisti? Nulla creatura est quamvis praepotens et fortis, quae Dei majestati posset obsistere. Et ideo quia per naturam sentiunt Creatorem, cedunt divinae potentiae, qua ei omnino nequeunt contraire. Unde antiqui interpretes ita dixerunt: Numquid apertae sunt tibi portae mortis? Ubi intellexerunt, quia hujusmodi portae, quae utique metuuntur, non sint insensibiles et inanimales, sed sint illi potius spiritus immundi, inimici nostri, adversariae videlicet potestates, per quas generi humano introitus inventus est ad mortem. Ipsae sunt et ostia tenebrosa, quorum animos malivolos, et obscuritate invidiae plenos, Deus solus perspicit. Igitur quoniam hi de quibus loquimur, tenebrae factae sunt recedendo a vero lumine, et potestates sunt tenebrarum appellatae, id est, principes hominum peccatorum, et idcirco etiam ostia tenebrosa dicuntur, quoniam deceptione eorum, factus est homini per peccatorum tenebras ingressus ad mortem. Ubi ergo dictum est, ostia tenebrosa vidisti, quid nos jam exposuimus, alii interpretes locum ipsum manifestius transtulerunt, ita dicentes: Aut janitores inferni videntes te timuerunt: qui locus expositione non indiget, quin potius quod obscure prius dictum est, apertissime declaravit.

Además, según los entendimientos místicos, pienso que Dios dijo esto porque hacia el fin del siglo para la redención del hombre habría de descender a los infiernos, donde por la potestad del que desciende dijo que Él "caminó": porque era imposible que fuera retenido por los vínculos infernales como si fuera reo de pecado. Pues Él solo fue hecho como un hombre. Al presente por cierto sin ayuda, pero sin embargo libre entre los muertos. Además de que el infierno está en lo más bajo de las tierras, el profeta Jonás, que especialmente tuvo la figura del Salvador, en su oración que derramó en el vientre del pez lo demuestra manifiestamente; y que las aguas del abismo le bañan hacia el infierno, y en muchos otros lugares las Escrituras hablan de la calidad de los infiernos.

Podemos también moralmente sentir este lugar así, para que porque sabemos que el mar por figura se llama este siglo: sus profundidades son sobre todos los inicuos y pecadores, quienes por más que lo amen, sin embargo se sumergen en su más oscura profundidad, de modo que no vean en absoluto la luz del Evangelio y de la gloria de Cristo. Lo último, pues, del abismo son todos los impíos y sacrílegos, que descendiendo a las más profundas tinieblas de los pecados, son deprimidos por el flujo excesivo de las lascivias, como por una multitud de aguas. A estos nuestro Señor, no despreciando a nadie y deseando salvar a todos, se dignó venir, para iluminar sus corazones cegados por la infidelidad a través de su gracia, y hechos luz en el Señor, fueran templo suyo, para que caminara y habitara en ellos, y fuera su Dios.

"¿Acaso se te han abierto las puertas de la muerte, y has visto las puertas tenebrosas?" Ninguna criatura hay, por muy potente y fuerte que sea, que pueda resistir a la majestad de Dios. Y por eso, porque por naturaleza sienten al Creador, ceden a la potencia divina, a la cual de ningún modo pueden contrariar. Por lo cual los antiguos intérpretes dijeron así: "¿Acaso se te han abierto las puertas de la muerte?" Donde entendieron que puertas de esta clase, que ciertamente se temen, no son insensibles e inanimadas, sino que son más bien aquellos espíritus inmundos, nuestros enemigos, a saber, las potestades adversarias, por las cuales se halló entrada para el género humano hacia la muerte. Ellas mismas son también las "puertas tenebrosas", cuyas mentes malévolas y llenas de la oscuridad de la envidia, solo Dios percibe. Por tanto, puesto que estos de quienes hablamos se hicieron tinieblas al alejarse de la verdadera luz, y fueron llamados potestades de las tinieblas, esto es, príncipes de los hombres pecadores, y por eso también se llaman puertas tenebrosas, por cuanto por su engaño se hizo para el hombre, a través de las tinieblas de los pecados, el ingreso a la muerte. Donde, pues, se dijo: "¿has visto las puertas tenebrosas?", lo que ya hemos expuesto, otros intérpretes tradujeron el mismo lugar más manifiestamente, diciendo así: "¿O los porteros del infierno al verte temieron?" cuyo lugar no necesita exposición, sino que más bien declaró muy abiertamente lo que antes se dijo oscuramente.

Vel certe in passione et in morte Domini, haec quae dicuntur, luce sunt clariora, qui claustra inferorum aperuit, et sanctorum inde animas liberavit, leges tartari, exiens inferos, solvit, sententiam mortis resurgens irritam fecit, principatus et potestates trementes, qui erant janitores et ostia, transduxit fiducialiter, sive palam triumphans in semetipso. Secundum tropicam vero intelligentiam, portae mortis, sensus sunt nostri, quae portae tunc virtutibus clausae sunt, quoniam a vitiis obtinentur, et per eas mors peccati, ad arcem mentis ingreditur. Quae ostia tenebrosa ideo appellantur, quia in tenebras peccatorum, sive etiam poenarum, aditum pandunt. Istae itaque portae, sive haec ostia, aperiuntur hominibus ad salutem, cum evictis vitiis tamquam hostibus suis expugnatis atque in fugam versis, sanctitatis eas virtutibus homines aperuerint, ut audiant cum exhortatione sermonem prophetae dicentis: Aperite mihi portas justitiae, ingressus in eas confitebor Domino. Sanctus enim homo ad possidendum sanctitatis testimonium, et virtutum monilia, conservantis affectu, et congaudentis ingreditur, quoniam ex participatione thesauri communis, fit illis cor unum et anima una in Deum. Et ita in hoc mundo velut in fornacis examinatione pariter positi: quasi ex uno ore benedicunt Deum in omni tempore, et semper laus ejus in ore eorum.

Numquid considerasti latitudinem terrae? Indica mihi, si nosti, omnia. Quis hominum nosse poterit, quanta magnitudine distendatur, nisi ipse solus qui omnia condidit? De quo propheta ait: Qui mensus est aquas manu, et coelum palmo, et omnem terram clausit pugillo. Item aliter: Numquid tu, Job, praevidisti latitudinem terrae, id est, Ecclesiam futuram, quam per totum mundum, crescente ubique Evangelio, dilatavi. Indica ergo mihi si hoc sapere, sive aliquando intelligere potuisti. Sive latitudinem sapientiae meae, quam terrae, domui meae, id est, Ecclesiae tribui: numquid ut futura praevidens, oculo mentis accenso per temetipsum inspicere potuisti? quae sapientia dilatavit cor Salomonis, sicut arenam quae est in littore maris, eique dedit prudentiam multam nimis, et quae in exitu canitur, et in latitudine suarum fiducialiter agit, cujus multiplices sensus, et latitudine disputationum ditissimos, jubet eadem sapientia in corde hominis describi tripliciter. Haec ergo verba possunt ex persona Patris super sapientia, quae est Filius, disserta intelligi.

O ciertamente en la pasión y en la muerte del Señor, estas cosas que se dicen son más claras que la luz, quien abrió los cerrojos de los infiernos, y liberó de allí las almas de los santos, disolvió las leyes del tártaro al salir de los infiernos, resurgiendo anuló la sentencia de muerte, y a los principados y potestades temblorosos, que eran los porteros y las puertas, los condujo con confianza, o triunfando públicamente en sí mismo. Pero según el entendimiento figurado (tropicam), las puertas de la muerte son nuestros sentidos, las cuales puertas están entonces cerradas a las virtudes, por cuanto son poseídas por los vicios, y por ellas la muerte del pecado entra a la fortaleza de la mente. Las cuales puertas tenebrosas se llaman así por esto, porque abren el acceso a las tinieblas de los pecados, o también de las penas. Estas puertas pues, o estas entradas, se abren a los hombres para la salvación, cuando vencidos los vicios como sus enemigos expulsados y puestos en fuga, los hombres las abran con las virtudes de la santidad, para que oigan con exhortación el discurso del profeta que dice: "Abridme las puertas de la justicia, entrando en ellas confesaré al Señor". Pues el hombre santo para poseer el testimonio de la santidad y los collares de las virtudes, entra con afecto de quien conserva y se alegra con él, por cuanto de la participación del tesoro común se hace para ellos un solo corazón y una sola alma hacia Dios. Y así en este mundo como puestos juntos en el examen del horno: como de una sola boca bendicen a Dios en todo tiempo, y siempre su alabanza está en su boca.

"¿Acaso has considerado la latitud de la tierra? Indícame, si lo sabes, todo". ¿Quién de los hombres podrá saber con cuánta magnitud se distiende, sino solo aquel que todo lo fundó? De quien dice el profeta: "El que midió las aguas con la mano, y el cielo con el palmo, y toda la tierra cerró con el puño". Asimismo de otro modo: ¿Acaso tú, Job, previste la latitud de la tierra, esto es, la Iglesia futura, que por todo el mundo, creciendo en todas partes el Evangelio, dilaté? Indícame pues si esto pudiste saber o en algún momento entender. O la latitud de mi sabiduría, que a la tierra, a mi casa, esto es, a la Iglesia, otorgué: ¿acaso como quien prevé lo futuro pudiste tú mismo inspeccionarla con el ojo de la mente encendido? la cual sabiduría dilató el corazón de Salomón como la arena que está en la orilla del mar, y le dio mucha prudencia sobremanera, y la cual se canta en la salida, y en la latitud de las suyas actúa con confianza, cuyos múltiples sentidos y riquísimos en la latitud de las disputaciones, manda la misma sabiduría que se describan triplemente en el corazón del hombre. Estas palabras pues pueden entenderse como disertadas de la persona del Padre sobre la sabiduría, que es el Hijo.

In qua via lux habitet, et tenebrarum quis locus sit, ut ducas unumquodque ad terminos suos, et intelligas semitas domus ejus. In via sanctae conversationis hominis, lux virtutum habitat: tenebrarum vero, id est, vitiorum locus est homo peccator, vel ille locus de quo dicit: Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus. Nosti ergo, Job, discernere uniuscujusque meritum, et secundum justitiam unumquemque horum ad terminos praefinitos retributionis perducere, cogitationes cordium ipsorum, tamquam semitas domorum suarum intelligere potuisti. Item in qua via, sive terra, ut alii dixerunt, lux habitet: lux fidei et cognitionis habitat in corde credentis, sive lux in terra, Christus in Ecclesia. Tenebrarum autem, id est, ignorantiae et infidelitatis locus, est cor insipientium atque incredulorum. Et ideo per quaslibet semitas tendant boni et mali, secundum meritum ad domum aeternae conversationis, justo et bono Domino ducente, perveniunt.

Sciebas tunc quod nasciturus esses, et numerum dierum tuorum noveras? Quis hominum novit antequam sit, quia futurus est, aetatisque suae dies annosve cognoscit? Item in Adam peccator, et filius mortis effectus, quando scire vel sapere potuisti, quod spiritu et gratia baptismi nasciturus eras de visceribus matris Ecclesiae, et in aeternum secundum novissimam resurrectionem reparandus, et numerum dierum tuorum, qui sine fine sunt, unde ipse per temetipsum cognoscere potuisti?

Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quae praeparavi in tempus hostis, et in diem pugnae et belli? Potentiam suam Deus, quam etiam in secretis creaturae suae rebus atque invisibilibus habet, his verbis voluit demonstrare, dicens ad Job: Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti? non enim loca sunt quaedam in aliqua parte mundi immensa capacitate spatiosa, quae moles atque congeries infinitarum nivium intra se habeant conditas, ut merito ob hoc, quasi loca thesauri appellentur de quibus olim hae congregatae sint species, quae quando Deus voluerit proferantur; sed ita est potius, ut in alio loco ipse Dominus ait: Et species agri mecum est: Quaecumque enim voluerit facere, statim voluntas ejus in effectum procedit. Et i thesauri nominati, non in aliquo immenso, et capaci loco, sed in ejus voluntate, et dispositione sunt constituti: sicut in alio loco ait: Et species agri mecum est: apud quem nihil est imperfectum, quia non est aliud cogitare illius, aliud facere, sed protinus fit, quod voluerit. In hac ergo secreta cordis sui dispositione divina, ubi essent isti thesauri harum rerum cum adhuc in se corporaliter non existerent, interrogatur Job si intrare poterit.

"¿En qué camino habita la luz, y cuál es el lugar de las tinieblas, para que conduzcas cada cosa a sus términos, y entiendas las sendas de su casa?" En el camino de la santa conversación del hombre, habita la luz de las virtudes: el lugar de las tinieblas, esto es, de los vicios, es el hombre pecador, o aquel lugar del cual dice: "Id, malditos, al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles". ¿Has sabido pues, Job, discernir el mérito de cada uno, y según la justicia conducir a cada uno de estos a los términos prefijados de la retribución, y has podido entender los pensamientos de sus mismos corazones como las sendas de sus casas? Asimismo en qué camino, o "tierra", como otros dijeron, habita la luz: la luz de la fe y del conocimiento habita en el corazón del creyente, o la luz en la tierra, Cristo en la Iglesia. El lugar de las tinieblas, en cambio, esto es, de la ignorancia y la infidelidad, es el corazón de los insipientes e incrédulos. Y por eso por cualesquiera sendas que tiendan los buenos y los malos, llegan según el mérito a la casa de la eterna conversación, conduciéndolos el justo y buen Señor.

"¿Sabías entonces que habías de nacer, y conocías el número de tus días?" ¿Quién de los hombres sabe antes de existir que ha de ser, y conoce los días o los años de su edad? Asimismo, siendo pecador en Adán y hecho hijo de la muerte, ¿cuándo pudiste saber o entender que habías de nacer por el espíritu y la gracia del bautismo de las entrañas de la madre Iglesia, y que habías de ser reparado eternamente según la última resurrección, y de dónde pudiste conocer por ti mismo el número de tus días, que son sin fin?

"¿Acaso has entrado en los tesoros de la nieve, o has visto los tesoros del granizo, que he preparado para el tiempo del enemigo, y para el día de la pugna y de la guerra?" Su potencia, que Dios tiene también en las cosas secretas de su criatura e invisibles, quiso demostrarla con estas palabras, diciendo a Job: "¿Acaso has entrado en los tesoros de la nieve, o has visto los tesoros del granizo?" pues no hay ciertos lugares en alguna parte del mundo espaciosos con inmensa capacidad, que tengan moles y montones de infinitas nieves guardadas dentro de sí, de modo que merecidamente por esto se llamen como lugares de tesoro de los cuales en otro tiempo se congregaron estas especies, para ser proferidas cuando Dios quiera. Sino que es más bien así, como en otro lugar dice el mismo Señor: "Y la belleza del campo está conmigo". pues cualesquiera cosas que hubiere querido hacer, al instante su voluntad procede al efecto. Y por eso se llaman tesoros, no en algún lugar inmenso y capaz, sino que están constituidos en su voluntad y disposición: como en otro lugar dice: "Y la belleza del campo está conmigo", ante quien nada hay imperfecto, porque no es una cosa su pensar y otra su hacer, sino que al punto se hace lo que hubiere querido. En esta pues secreta disposición divina de su corazón, donde estuvieran estos tesoros de estas cosas cuando aún en sí corporalmente no existieran, se interroga a Job si podrá entrar.

Nemo enim secretum illud divinae majestatis potest adire, sive cognoscere, nisi Filius qui est in sinu Patris, uniusque naturae atque substantiae. Haec ergo praeparata dicuntur a Deo in tempus hostis, pugnae et belli. Multis igitur modis ac diversis aliis innumerabilibus judiciis suis Deus flagellat, et corripit genus humanum, sicut etiam Aegyptios, quos fulminibus et grandine devastavit. Et generaliter aliis rebus frequentat hominum castigationem. Hostili humiliat incursu, terrarum motu hiatuque vastat, turbinibus perdit, ruinis opprimit, naufragiis demergit: aliis quoque plagis innumeris verberat, sive lentis infirmitatibus, sive acutis languoribus atque aere corrupto. Unde in Deuteronomio legimus, quae hostibus suis repugnantibus et rebellantibus praeparat, ut eis secundum justitiam suam infligat debitas poenas tribulationum.

Item aliter: Nivem nunc in bonam partem, nunc in contrariam accipimus: et idcirco sub nivis nomine praefiguratum hoc loco corpus adversariarum potestatum colligunt, quod a charitate Dei longe discesserit, id est, Deum habitantem in coelo reliquerit, ut justo judicio Dei projiceretur in terram. Hujus autem nivis et grandinis, quasi in quamdam duritiam suae naturae oblita transierit, quasi quaedam secreta, cogitationum scilicet machinamenta, thesauros Deus voluit nominare, sicut propheta Ezechiel de eorum principe ait: In multitudine negotiationis tuae impleta sunt interiora tua iniquitate. Hujuscemodi igitur Dominus cogitationum omnium solus cognitor perscrutatorque est. Hos, inquam, thesauros, qui per aenigmata nives et grandines nominati sunt, ait Deus se praeparasse in tempus hostis, diemque pugnae et belli. Et quoniam insipienti corde numquam ad Deum conversuri essent, dispensatione divina magistri poenarum effecti sunt, ut alios Dei judicio ad emendationem flagris correptionum castigent, alios vero secundum justam sententiam Dei puniant, alios duris tribulationibus affectos constituant clariores. Sicut et in isto sancto Job manifeste apparuit, in Aegyptiis quoque similiter demonstratum est, quibus non voluntate Dei pugnantibus, plagae horrendae immissae sunt per angelos malos.

Item, numquid ingressus es thesauros nivis, et caetera. Potut Dominus de adventu suo in carne hoc dixisse, quo ut ignis aeternus et ignis coeli, ignisque divinus per quem omnes creaturae rationabiles concalescunt, dignatus est ad terram descendere, qui velut ad niveam regionem, et frigidam mundi hujus atque instar grandinis nimio infidelitatis frigore duratam, exclamavit et dixit: Ignem veni mittere in terram.

Pues nadie puede acercarse a aquel secreto de la majestad divina ni conocerlo, sino el Hijo que está en el seno del Padre, y de una misma naturaleza y substancia. Estas cosas pues se dicen preparadas por Dios para el tiempo del enemigo, de la pugna y de la guerra. Por muchos modos, pues, y por otros diversos innumerables juicios suyos Dios azota y reprende al género humano, como también a los egipcios, a quienes devastó con rayos y granizo. Y generalmente con otras cosas frecuenta la castigación de los hombres. Humilla con incursión hostil, devasta con el movimiento y apertura de las tierras, pierde con torbellinos, oprime con ruinas, sumerge con naufragios. También golpea con otras innumerables plagas, ya sea con lentas enfermedades, o con agudos lánguidos y por el aire corrompido. De donde en el Deuteronomio leemos las cosas que prepara para sus enemigos repugnantes y rebeldes, para infligirles según su justicia las debidas penas de las tribulaciones.

Asimismo de otro modo: La nieve ahora en buena parte, ahora en la contraria la recibimos: y por eso bajo el nombre de nieve recogen que en este lugar es prefigurado el cuerpo de las potestades adversarias, porque se apartó lejos de la caridad de Dios, esto es, dejó a Dios que habita en el cielo, para que por el justo juicio de Dios fuera arrojado a la tierra. A esta nieve y granizo, como si hubiera pasado a una cierta dureza olvidada de su naturaleza, como a ciertos secretos, a saber, los maquinamientos de los pensamientos, quiso Dios llamar tesoros, como dice el profeta Ezequiel de su príncipe: "En la multitud de tu negociación se llenaron tus interiores de iniquidad". De esta clase de pensamientos pues el Señor solo es el conocedor y escrutador. Estos tesoros, digo, que por enigmas son llamados nieves y granizos, dice Dios que los ha preparado para el tiempo del enemigo, y el día de la pugna y de la guerra. Y puesto que con corazón insipiente nunca se habrían de convertir a Dios, por disposición divina fueron hechos maestros de las penas, para que a unos por el juicio de Dios castiguen para enmienda con los azotes de las reprensiones, pero a otros los castiguen según la justa sentencia de Dios, y a otros afectados por duras tribulaciones los constituyan más preclaros. Como también en aquel santo Job se manifestó manifiestamente, en los egipcios también de igual modo se demostró, a quienes no luchando por voluntad de Dios, se les enviaron plagas horrendas por medio de los ángeles malos.

Asimismo, "¿acaso has entrado en los tesoros de la nieve?", y lo demás. Pudo el Señor haber dicho esto sobre su advenimiento en la carne, por el cual como fuego eterno y fuego del cielo, y fuego divino por el cual todas las criaturas racionales se calientan, se dignó descender a la tierra, quien como a una región nevada y fría de este mundo y endurecida a semejanza del granizo por el excesivo frío de la infidelidad, exclamó y dijo: "Fuego vine a enviar a la tierra".

Proinde hujuscemodi humanorum cordium thesauros, oblivione videlicet Dei sui frigidissimos, ingressum se profitetur, ut, expulso perfidiae frigore, dilectione ejus flagrarent et dicerent: Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescit ignis. Ut ad intelligentiae ignem profectu fidei de stultitiae frigore venientes dicerent: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum, illuminato corde atque accenso charitatis fonte, aperiret nobis Scripturas Jesus? Sic itaque ingressus mundum ac visitans eum, aspicit corda mortalium, quae etiam et thesauri ab ipso Domino nuncupantur in Evangelio, ita dicente: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Haec igitur Deus facere praeparavit, quae diximus, hostis pugnae et belli, in tempore utique pro nobis moriens: hostem gravem ac molestissimum inimicum diabolum in inferis triumphavit, et resurgens a mortuis, in Judaea fidei suae adversarios expugnavit.

Per quam viam spargitur lux, dividitur aestus super terram? Quis poterit proprie scire mortalium, quae sit via solis, quam ordinato cursu agit in dextro climate coeli, spargentis lucem super terras aut quemadmodum aestus per vices temporum, sive per loca regionum omnium dividatur, ut alibi plus eodem tempore ferveat, et ipse alibi temperato calore sentiatur. Item, Per quam viam spargitur lux, dividitur aestus super terram. Via est Evangelii praedicatio, per quam lux fidei spargitur super corda credentium. Et pulchre spargitur, quia infidelitate mentes hominum aridae, ubertate divinae gratiae irrorantur, et ita dividitur aestus sancti Spiritus super terram fidelium. Sic, inquam, dividitur, cum unicuique datur gratia secundum mensuram donationis Domini nostri Jesu Christi. Sive hoc modo dividitur, cum aliis annuntiatio Christi odor vitae in vitam sit, aliis vero odor mortis in mortem. Sic ergo dividitur ipsum bonum Evangelii, ut vitam aliis largiatur, aliis mortem, crimine infidelitatis operetur. Itemque via sanctae conversationis hominis, luxque timoris Dei, spargitur super omnem corporis terram, ut fugiant ab eo tenebrae peccatorum et aestus ei tentationum, opitulante Dei gratia, temperentur, ne exorto super se ardore solis, exaestuet. Et sic itaque aestus dividitur, cum eis non totum simul tribulationum pondus imponitur, sicut ait Apostolus: Fidelis enim Deus, qui non patitur vos tentari, etc. Et Salomon: Effugiet aestus, filius prudens, vento autem corrumpitur in messe filius iniquus.

Por consiguiente, profesa haber entrado en tales tesoros de los corazones humanos, frigidísimos por cierto por el olvido de su Dios, para que, expulsado el frío de la perfidia, ardieran con su amor y dijeran: "Se calentó mi corazón dentro de mí, y en mi meditación se encenderá el fuego". Para que viniendo al fuego del entendimiento por el provecho de la fe desde el frío de la estulticia dijeran: "¿No estaba ardiendo nuestro corazón en nosotros cuando, iluminado el corazón y encendida la fuente de la caridad, nos abría Jesús las Escrituras?" Así pues habiendo entrado en el mundo y visitándolo, mira los corazones de los mortales, los cuales también son llamados tesoros por el mismo Señor en el Evangelio, diciendo así: "El hombre bueno del buen tesoro de su corazón saca cosas buenas". Estas cosas pues Dios preparó hacer, las que dijimos, del enemigo de la pugna y de la guerra, en el tiempo ciertamente muriendo por nosotros: triunfó en los infiernos sobre el grave enemigo y molestísimo adversario el diablo, y resurgiendo de entre los muertos, en Judea expugnó a los adversarios de su fe.

"¿Por qué camino se esparce la luz, se divide el ardor sobre la tierra?" ¿Quién de los mortales podrá saber con propiedad cuál es el camino del sol, el cual actúa con curso ordenado en el clima diestro del cielo, esparciendo luz sobre las tierras, o de qué modo el ardor se divide por las mudanzas de los tiempos, o por los lugares de todas las regiones, de modo que en un lugar arda más en el mismo tiempo, y él mismo se sienta en otro con calor templado? Asimismo, "¿Por qué camino se esparce la luz, se divide el ardor sobre la tierra?" El camino es la predicación del Evangelio, por la cual la luz de la fe se esparce sobre los corazones de los creyentes. Y bellamente se esparce, porque las mentes de los hombres áridas por la infidelidad, son rociadas por la abundancia de la divina gracia, y así se divide el ardor del Espíritu Santo sobre la tierra de los fieles. Así, digo, se divide, cuando a cada uno se le da la gracia según la medida de la donación de nuestro Señor Jesucristo. O de este modo se divide, cuando para unos el anuncio de Cristo es olor de vida para vida, pero para otros olor de muerte para muerte. Así pues se divide el mismo bien del Evangelio, de modo que otorgue vida a unos, y en otros obre la muerte por el crimen de la infidelidad. E igualmente el camino de la santa conversación del hombre, y la luz del temor de Dios, se esparce sobre toda la tierra del cuerpo, para que huyan de él las tinieblas de los pecados y los ardores de las tentaciones le sean templados, ayudando la gracia de Dios, para que no se sofoque por el ardor del sol nacido sobre él. Y así pues el ardor se divide, cuando no se les impone todo el peso de las tribulaciones a la vez, como dice el Apóstol: "Fiel es pues Dios, que no permite que seáis tentados", etc. Y Salomón: "Escapará del ardor el hijo prudente, pero el hijo inicuo es corrompido por el viento en la cosecha".

Quis dedit vehementissimo imbri cursum, et viam sonantis tonitrui, ut plueret super terram absque homine in deserto: ubi nullus mortalium commoratur, ut impleret inviam et desolatam, et produceret herbas virentes? Hic vehementissimus imber, Salvatoris est Evangelium, qui emisit eloquium suum terrae, ut velociter curreret sermo ejus: hic, inquam, imber in montibus Jerusalem, de imo terrae in sublime surrexit. Quoniam de Sion exiet lex, ait propheta, et verbum Domini de Jerusalem; et elevatus a sanctis apostolicis nubibus, velut aqua effluens, copiose currit, aura sibi flante Spiritus sancti, in variis signis atque virtutibus viam sibi fidei fecit in nationibus, terrore nominis Dei atque miraculorum tonitruo praecedente. Alii dixerunt, praeparavit flumen omnium populorum. Et flumen, inquam, Ecclesiae praeparavit, ut pluvia copiosa et valida Spiritus sancti inundaretur, sicut in ipso principio nascentis Ecclesiae super apostolos sanctosque caeteros demonstratum est. Quod autem in laudem imbris evangelici dicitur, quod pluerit super terram inhabitabilem, quae hominem non haberet: non erit mirabile, si ut sonat, tantum intelligatur; sed in deserto, id est nationibus, doctrinam Dominicae praedicationis copiose effudit. In deserto, inquam, ubi nullus hominum fuerat commoratus, id est, quoniam nullus prophetarum ad gentes a Deo erat missus, ut impleret invia et desolata, et produceret herbas virentes Evangelii. Imber terrae Ecclesiae, quae fuerat desolata a Deo, et pluvia charitatis Dei adipe replevit eam, atque in pinguedine, ut ex ubertate bonorum coelestium produceret ac proferret herbas virentes sativi seminis, secundum genus suum, sicut ait in psalmo: Et florebit de civitate sicut fenum terrae, et multiplicatis fructibus faceret secundum parabolam Domini, aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum fructum, et audiret cum exhortatione se consolantem: Laetare, sterilis, quae non paris: erumpe et exclama, quae non parturis, quia multi filii desertae, magis quam ejus quae habet virum.

Quis est pluviae pater, vel quis genuit stillas roris? Quis est hujus pluviae, et hujus imbris Dominici auctor et conditor, nisi Deus? Quam pluviam voluntariam segregavit haereditati suae, sicut dicit Pater ad Filium: Fili, pete a me et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem terminos terrae. Ipse etiam Deus genuit stillas roris: hinc et propheta ait ad Deum: Ros enim qui a te est, sanitas est illis. Proinde in fluvio, affluentissimam affluitatem largitatemque divinae gratiae demonstravit. In rore autem eamdem gratiam, sensim insuescentem visceribus, et medullas animae penetrantem.

"¿Quién dio curso a la lluvia vehementísima, y camino al trueno sonoro, para que lloviera sobre la tierra sin hombre en el desierto: donde ningún mortal mora, para que llenara la invia y desolada, y produjera hierbas verdes?" Esta lluvia vehementísima es el Evangelio del Salvador, quien envió su elocuencia a la tierra, para que corriera velozmente su palabra: esta lluvia, digo, en los montes de Jerusalén, surgió de lo más bajo de la tierra a lo sublime. "Porque de Sión saldrá la ley", dice el profeta, "y la palabra del Señor de Jerusalén"; y elevada por las santas nubes apostólicas, como agua que fluye, corre copiosamente, soplando para sí el aura del Espíritu Santo, en varios signos y virtudes se hizo camino de fe en las naciones, precediendo el terror del nombre de Dios y el trueno de los milagros. Otros dijeron: "preparó el río de todos los pueblos". Y un río, digo, preparó para la Iglesia, para que fuera inundada por la lluvia copiosa y válida del Espíritu Santo, como en el mismo principio de la Iglesia naciente se demostró sobre los apóstoles y los demás santos. Lo cual pues se dice en alabanza de la lluvia evangélica, que llovió sobre la tierra inhabitable, que no tenía hombre: no será admirable si solo se entiende según suena; sino que en el desierto, esto es, en las naciones, derramó copiosamente la doctrina de la predicación del Señor. En el desierto, digo, donde ningún hombre había morado, esto es, por cuanto ninguno de los profetas había sido enviado a las gentes por Dios, para que llenara las invias y desoladas, y produjera las hierbas verdes del Evangelio. La lluvia de la tierra de la Iglesia, que había sido desolada por Dios, y la lluvia de la caridad de Dios la llenó de grosura, y en la pingüedine, para que de la abundancia de los bienes celestiales produjera y proferira hierbas verdes de semilla sembrada, según su género, como dice en el salmo: "Y florecerá de la ciudad como el heno de la tierra", y multiplicados los frutos hiciera según la parábola del Señor, uno treinta, otro sesenta, otro ciento de fruto, y oyera con exhortación a quien la consuela: "Alégrate, estéril, que no pares: prorrumpe y exclama, tú que no das a luz, porque muchos son los hijos de la desierta, más que de la que tiene marido".

"¿Quién es el padre de la lluvia, o quién engendró las gotas del rocío?" ¿Quién es el autor y fundador de esta lluvia, y de esta lluvia del Señor, sino Dios? La cual lluvia voluntaria segregó para su heredad, como dice el Padre al Hijo: "Hijo, pídeme y te daré las gentes por tu heredad, y por tu posesión los términos de la tierra". El mismo Dios también engendró las gotas del rocío: de aquí también el profeta dice a Dios: "Pues el rocío que es de ti, es salud para ellos". Por consiguiente, en el río demostró la más fluente afluencia y largueza de la divina gracia. En el rocío, en cambio, la misma gracia, que se acostumbra paulatinamente a las entrañas, y penetra las médulas del alma.

Alii dixerunt, vel quis genuit glebas roris. Has igitur glebas unum quemque sanctorum non absurdum erit intellexisse, quae sunt in agro Ecclesiae: quibusque dicit Apostolus: Dei agricultura estis. Illic ergo istae glebae per baptismum in Christo sunt genitae, sicut ait Apostolus: Creati in Christo Jesu in operibus bonis. Unde hoc rore coelesti perfusi, pingues in sanctis fructus, et uberes exstiterunt.

De cujus utero egressa est glacies? Uteri nomine, cordis secretum significasse mihi videtur. Non enim probabiliter glaciem egressam de ore Dei intelligere debemus, sed de illo mentis suae secreto, et inscrutabili judicio, justam ac districtam manasse sententiam. Egredi ergo glaciem dixit, pro egrediente judicio, quo secundum suum meritum, quidam hominum percutiuntur plaga obdurationis, et corda eorum durissimo atque insolubili quodam gelu, et frigidissimo constringuntur: ut non sentiant ferventis divinae charitatis calorem. De angelis apostaticis, verissime dici potest, et specialiter de Judaeis intelligendum est, quibus aquae eloquiorum coelestium glaciatae sunt, ut in fructus gentium gratiae largitate profluerent: de quarum vocatione dictum est superiore versiculo, et de quibus: Posuit desertum in stagna aquarum, et terras sine aqua in exitus aquarum, et inhabitare fecit ibi esurientes, id est, esurientes justitiam: Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum nativitatis, et benedixit eos, et multiplicati sunt nimis. Qui ergo mente spiritualiter nunc ubique positam contuetur Ecclesiam, videt terram ejus, quae fuit Deo aliquando deserta, nunc praedictis omnibus spiritualibus copiis abundare: sic itaque praedictas stillas roris de coelo defluentes suscepit Ecclesia, et secundum Judicum librum, quod tempore Gedeon ducis factum legimus, ros unius oviculae gentisque modicae, totam terram Christo credentem, qui ros est, gratia benedictionis infudit, et impletum est illud mysterium, quod Psalmista praedixerat dicens: Sicut ros Hermon. Hermon utique mons, qui interpretatur anathema, significat altitudine sua populum Judaeorum. Illius ergo ros, gratiae videlicet et benedictionis, descendit in montem Sion. Sion namque mons excelsus virtutibus atque sublimis Ecclesia est. In quo constituta est specula contemplationis futura credentium. Unde et ipsa virtutum species Sion interpretatur. Et ut nossemus proprium roris istius nomen, ait Psalmista: Quoniam illic quidem, scilicet in monte Sion, mandavit Dominus benedictionem, et vitam usque in aeternum.

Et sequitur dicente Domino: Et gelu de coelo quis genuit? Hoc igitur modo de coelo obdurationis sententia sacrilegi feriuntur, quod utique malum juste eis a Deo dicitur procreari, ut Pharaoni scilicet et Judaeis, quos propter infidelitatem suam, et nimiam obstinationem cordis, legimus obduratos.

Otros dijeron: "¿o quién engendró los terrones (glebas) del rocío?" No será pues absurdo haber entendido estos terrones como cada uno de los santos, que están en el campo de la Iglesia: y a quienes dice el Apóstol: "Agricultura de Dios sois". Allí pues estos terrones fueron engendrados por el bautismo en Cristo, como dice el Apóstol: "Creados en Cristo Jesús en obras buenas". De donde rociados con este rocío celestial, resultaron frutos pingües y abundantes en los santos.

"De qué matriz salió el hielo?" Con el nombre de matriz, me parece haber significado el secreto del corazón. Pues no debemos probablemente entender el hielo como salido de la boca de Dios, sino que de aquel secreto de su mente y de su inescrutable juicio, manó la sentencia justa y severa. Dijo pues que sale el hielo, por el juicio que sale, por el cual según su mérito, algunos de los hombres son heridos con la plaga de la obduración, y sus corazones son constreñidos por un cierto hielo durísimo e insoluble, y frigidísimos: para que no sientan el calor de la ferviente divina caridad. De los ángeles apostáticos se puede decir muy verdaderamente, y especialmente ha de entenderse de los judíos, para quienes las aguas de las elocuciones celestiales se helaron, para que fluyeran en los frutos de las gentes por la largueza de la gracia: de cuya vocación se habló en el versículo anterior, y sobre quienes: "Puso el desierto en estanques de aguas, y las tierras sin agua en salidas de aguas, e hizo habitar allí a los hambrientos", esto es, hambrientos de justicia: "Y sembraron campos, y plantaron viñas, e hicieron fruto de nacimiento, y los bendijo, y se multiplicaron sobremanera". Quien pues con la mente contempla espiritualmente a la Iglesia ahora puesta en todas partes, ve su tierra, que fue para Dios alguna vez desierta, abundar ahora en todas las predichas copias espirituales: así pues recibió la Iglesia las predichas gotas de rocío que fluyen del cielo, y según el libro de los Jueces, lo que leemos hecho en tiempo de Gedeón el caudillo, el rocío de una sola ovejuela y de una nación módica, infundió toda la tierra creente en Cristo, que es el rocío, con la gracia de la bendición, y se cumplió aquel misterio que el Salmista había predicho diciendo: "Como el rocío de Hermón". Hermón ciertamente monte, que se interpreta anatema, significa por su altura al pueblo de los judíos. Su rocío pues, a saber, de gracia y de bendición, descendió al monte Sión. Pues Sión monte excelso por las virtudes y sublime es la Iglesia. En el cual está constituida la atalaya de la contemplación futura de los creyentes. De donde también la misma especie de las virtudes se interpreta Sión. Y para que conociéramos el nombre propio de ese rocío, dice el Salmista: "Porque allí por cierto", a saber, en el monte Sión, "mandó el Señor la bendición y la vida hasta la eternidad".

Y sigue diciendo el Señor: "¿Y al hielo del cielo quién lo engendró?" De este modo pues desde el cielo los sacrílegos son heridos con la sentencia de obduración, lo cual mal por cierto justamente se dice procreado para ellos por Dios, como para el Faraón a saber y los judíos, a quienes leemos obdurados por su infidelidad y excesiva obstinación de corazón.

Sequitur de hujusmodi, dicente Domino: In similitudinem lapidis aquae durantur. Nomine aquarum, secundum Scripturarum auctoritatem, populi intelliguntur: sicut Joannes apostolus ait: Aquae autem populi sunt; et David ad Dominum: Libera me, inquit, de aquis multis, de manu filiorum alienorum. De his ergo mihi dicere videtur, qui nimio oblivionis Dei frigore obriguerunt, et instar lapidum, solidi et nimium duri effecti sunt. Deinde ait:

Et superficies abyssi constringitur. In abysso, profundissimam obscuritatem mentis puto intelligendam, quae ita obtusione infidelitatis nimiae operiatur, et constringatur quodam gelu impietatis, ut saxo similis fiat, ita ut tali mente, non sit ad Deum ullus aditus respirandi, secundum illud quod Apostolus de Judaeis testimonium propheticum assumens, locutus est, dicens: Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant usque in hodiernum diem. In psalmo quoque centesimo quadragesimo septimo, de gelu, vel glacie et crystallo, secundum hunc sensum quem Dominum dixisse hic legimus, prophetam mystice locutum, manifestum est. Possumus haec loca et simpliciter intelligere, et gelu de coelo quis genuit? Coelum appellantes glacialia montium, et excelsorum cacumina, et per immensum aerem, loca coelo viciniora, vel magis proxima. Secundum hanc ergo consuetudinem Scripturarum, ipse Dominus inquit in Evangelio, volatilia coeli. His secundum litteram nunc omissis, ea potius, quae sacrate a Deo praedicata sunt, intelligere et credere nos oportet.

Numquid conjungere valebis micantes stellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris dissipare? Nunc de coeli ordine et astrorum circuitu loquitur ad Job. Pleiades appellat stellas, quae junctae, velut septem esse monstrantur. His ergo Graeci, quod multae simul essent, nomen ab ipsa multitudine posuerunt: πληθὺς vel πλῆθος enim multitudo dicitur, et inde derivatum est, ut pleiades appellentur. Ait ergo Dominus ad Job: Numquid ut hae stellae junctae, et simul sint, tua potentia facere potuisti? Septentrionis quoque sive arcturi circuitum, quem indesinenti gyro per sinistram plagam mundi in se feci recurrere, ut totus in se vadat semper et redeat: numquid tu poteris dissipare? De astris coeli, sive signis et in aliis locis Scripturae legimus, sicut in Jesu Nave et Judicum: Fuit, inquit, terminus Amorrhaei ab ascensu scorpionis petra, et superiora loca. Ut igitur Domini verba secundum mysticos intellectus dicamus, coelum interpretemur Ecclesiam, quam superius Dominus terrae vocabulo nuncupavit, sed ibi propter originem suam terra est appellata.

Sigue sobre tales como estos, diciendo el Señor: "A semejanza de la piedra las aguas se endurecen". Con el nombre de aguas, según la autoridad de las Escrituras, se entienden los pueblos: como dice el apóstol Juan: "Las aguas pues pueblos son"; y David al Señor: "Líbrame", dice, "de las aguas muchas, de la mano de los hijos ajenos". De estos pues me parece decir, que por el excesivo frío del olvido de Dios se entumecieron, y a semejanza de las piedras, se hicieron sólidos y excesivamente duros. Después dice:

"Y la superficie del abismo se endurece". En el abismo, pienso que debe entenderse la profundísima oscuridad de la mente, que de tal modo está cubierta por la obnubilación de la excesiva infidelidad, y constreñida por un cierto hielo de impiedad, que se vuelve semejante a la piedra, de modo que con tal mente no haya ningún acceso para respirar hacia Dios, según aquello que el Apóstol habló sobre los judíos asumiendo un testimonio profético, diciendo: "Dios les dio espíritu de compunción, ojos para que no vean, y oídos para que no oigan hasta el día de hoy". En el salmo ciento cuarenta y siete también, sobre el hielo, o el hielo y el cristal, según este sentido que leemos que el Señor ha dicho aquí, es manifiesto que el profeta habló místicamente. Podemos entender estos lugares también de forma simple, "¿y al hielo del cielo quién lo engendró?" llamando cielo a las cumbres glaciales de los montes y a los excelsos picos, y por el inmenso aire, a los lugares más vecinos o más próximos al cielo. Según esta costumbre de las Escrituras, el mismo Señor dice en el Evangelio, "las aves del cielo". Omitidas ahora estas cosas según la letra, nos conviene más bien entender y creer aquellas que han sido sagradamente predicadas por Dios.

"¿Acaso podrás unir las brillantes estrellas Pléyades, o podrás disipar el giro del Arturo?" Ahora habla a Job sobre el orden del cielo y el circuito de los astros. Llama Pléyades a las estrellas que, unidas, se muestran como si fueran siete. A estas pues los griegos, porque eran muchas a la vez, les pusieron el nombre por la misma multitud: pues plēthus o plēthos se dice multitud, y de ahí se derivó que se llamen Pléyades. Dice pues el Señor a Job: ¿Pudiste tú con tu potencia hacer que estas estrellas estuvieran unidas y juntas? También el circuito del Septentrión o del Arturo, que hice recurrir en sí mismo en incesante giro por la región izquierda del mundo, para que todo siempre vaya y vuelva en sí mismo: ¿podrás tú disiparlo? Leemos sobre los astros del cielo, o signos, también en otros lugares de la Escritura, como en Josué y Jueces: "Fue", dice, "el término del amorreo desde el ascenso del Escorpión, la piedra, y los lugares superiores". Para que pues digamos las palabras del Señor según los entendimientos místicos, interpretemos el "cielo" como la Iglesia, a la cual anteriormente el Señor llamó con el vocablo de "tierra", pero allí fue llamada tierra por causa de su origen.

Nunc vero sublimata per Christum in gloriam: coelum rectissime intelligitur. In hoc igitur coelo etiam stellae pleiades, et septentrionis, unam in se sacrae interpretationis continent formam. Ipse enim septenarius numerus septiformis Spiritus gratias in se demonstrat, quae in hoc micant, ipsique gratiarum spiritus in eodem firmamento coeli sunt fulgentes. Istae igitur stellae per prophetam, septem oculi Domini appellantur, quorum oculorum gratias atque virtutes Isaias propheta enumerat, ubi de Salvatoris nativitate vaticinatur dicens: Et requiescet super eum spiritus Dei: spiritus sapientiae, et intellectus: spiritus consilii et virtutis: spiritus scientiae et pietatis: replevit eum spiritus timoris Dei. Quemadmodum ergo quisquam non potuit indissociabilis luminis spiritualia astra conjungere, ita omnino fieri potest, ut hae stellae gratiarum, Ecclesiam meam circum lustrantes, ab unius connexione insolubili separentur. Quod autem alii dixerunt, aut intellexisti nexus pleiadis: ad spiritualem intelligentiam erigit animum contuentis, ut aliquid allegoricum laboret inquirere.

Numquid producis Luciferum in tempore suo, et Vesperum super filios terrae consurgere facis? Stella est, quam Luciferum dicimus, stellis caeteris clarior, quam ferunt etiam doctores Ecclesiae, unam esse de illis quinque stellis, quas planetas vocant, quia dissimilem aliarum stellarum cursum habeant, multoque velociorem et inde planetae, id est, vagantes, sive errantes dicantur, eo quod non certum, sed mutabilem cursum habeant. Hunc igitur Luciferum appariturum terris, post biennium in Oriente autumant nasci. Aliam vero stellam, quam Vesperum appellavit, eo quod circa diei vesperum suo tamen tempore mundo monstretur: hanc, inquit Deus ad Job, super filios terrae consurgere facis? Qui ergo intelligis potentiam omnia gubernantis, et in te operantis agnosce justitiam. Hanc stellam multi putant Hesperum dici. Unde et Italia Hesperia nominata sit, eo quod illic tempore suo primum apparet. Spiritualiter autem verba sunt Patris de Filio suo Salvatore nostro dicentis sic: Numquid educes Luciferum in tempore suo, et Vesperum super filios terrae consurgere facis? Ubi et adventus Domini in carne venturi significatus est, et resurrectio ejus ex mortuis figurata, veniente plenitudine temporis. Ait autem: Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. In hoc igitur tempore suo eductus est a Deo Patre, ut terras inviseret, qui ideo Lucifer nuncupatus est, quia veniens de sublimibus, tamquam post biennium, post legem et prophetas ortus est, et super nos positos in tenebris, et umbra mortis, lucem nobis fidei ac tempestivae cognitionis exhibuit. Vesper vero idem Filius hominis appellatur, qui in cruce tempore passionis occubuit.

Pero ahora, sublimada por Cristo en gloria, el "cielo" se entiende rectísimamente. En este cielo pues también las estrellas Pléyades y del Septentrión contienen en sí una sola forma de interpretación sagrada. Pues el mismo número septenario demuestra en sí las gracias septiformes del Espíritu, que brillan en este, y los mismos espíritus de las gracias en el mismo firmamento del cielo están fulgurantes. Estas estrellas pues son llamadas por el profeta los siete ojos del Señor, de cuyos ojos enumera las gracias y virtudes el profeta Isaías, donde vaticina sobre la natividad del Salvador diciendo: "Y reposará sobre él el espíritu de Dios: espíritu de sabiduría y de entendimiento: espíritu de consejo y de fortaleza: espíritu de conocimiento y de piedad: le llenó el espíritu del temor de Dios". Así como pues nadie pudo unir los astros espirituales de luz indisociable, así es totalmente posible que estas estrellas de las gracias, que iluminan alrededor de mi Iglesia, sean separadas de la conexión insoluble de lo uno. Lo que pues otros dijeron: "o has entendido los nexos de la Pléyade", eleva el ánimo del que contempla al entendimiento espiritual, para que trabaje en inquirir algo alegórico.

"¿Acaso produces el Lucero en su tiempo, y haces salir al Véspero sobre los hijos de la tierra?" Es una estrella que llamamos Lucero (Lucifer), más clara que las demás estrellas, la cual dicen también los doctores de la Iglesia que es una de aquellas cinco estrellas que llaman planetas, porque tienen un curso distinto al de las otras estrellas, y mucho más veloz, y de ahí se llaman planetas, esto es, vagantes o errantes, por el hecho de que no tienen un curso cierto sino mudable. Afirman pues que este Lucero, que ha de aparecer a las tierras, nace en el Oriente después de un bienio. Pero a la otra estrella, que llamó Véspero, por el hecho de que se muestra al mundo cerca del atardecer del día en su propio tiempo: ¿a esta, dice Dios a Job, haces tú salir sobre los hijos de la tierra? Tú que pues entiendes la potencia del que todo lo gobierna y que obra en ti, reconoce la justicia. Muchos piensan que esta estrella se llama Héspero. De donde también Italia fue llamada Hesperia, por el hecho de que allí aparece primero en su tiempo. Pero espiritualmente son palabras del Padre sobre su Hijo nuestro Salvador diciendo así: "¿Acaso sacarás al Lucero en su tiempo, y haces salir al Véspero sobre los hijos de la tierra?". Donde tanto el advenimiento del Señor que ha de venir en la carne fue significado, como su resurrección de entre los muertos figurada, al venir la plenitud del tiempo. Pues dice: "Envió Dios a su Hijo hecho de mujer, hecho bajo la ley". En este su tiempo pues fue sacado por Dios Padre para que visitara las tierras, el cual por eso fue llamado Lucero (Lucifer), porque viniendo de lo sublime, como después de un bienio, después de la ley y los profetas nació, y sobre nosotros puestos en tinieblas y sombra de muerte, nos exhibió la luz de la fe y del conocimiento oportuno. Pero Véspero se llama el mismo Hijo del hombre, que se acostó en la cruz al tiempo de la pasión.

De quo ait propheta populis credituris: Iter faciet ei qui ascendit super Occasum, Dominus nomen illi. Qui utique in tempore occasus, quando ait ad Patrem: In manus tuas commendo spiritum meum, posuit tenebras, et factae sunt in corde infidelium Judaeorum. Hunc ergo Deus Pater, ut pastorem magnum ovium excitavit. Hunc, inquam, Vesperum, eo quod sacrificium vespertinum in vespera saeculorum missus obtulerit, filium hominis super filios terrae consurgere fecit: utinam non sint caro, et terra esca serpentis, neque filii noctis et tenebrarum, sed sint filii Luciferi, filii Dei.

Numquid nosti ordinem coeli, et pones rationem ejus in terra? Si numerum astrorum omnium potest quispiam mortalium nosse, potest et militiae eorum ordinem perscrutari. Nemo ergo haec proprie novit nisi solus ille qui condidit. Spirituali autem sensu ita intelligi potest: Numquid tu, Job, quasi cognitor futurorum, jam nosti quo ordine in coelo Ecclesiae, quam diversae atque multiplices gratiae spiritus mei, velut stellae refulgeant, sive qua gloria, vel quo ordine meritorum, ut siderum radiantium globi, sancti in resurrectione fulgebunt? Hunc locum alii ita vertunt: Ut omnia quae sub coelo sunt, pariter fiant. Ubi hoc dicere videntur, quod volubilitate sive temporum, sive stellarum, per spatia sibi succedentia redeat et recurrat. Spiritualiter autem ita dictum existimandum est, quod dispensatio per Christum reconciliationis humanae, usque in fine saeculi crescat, ad notitiam omnium nationum, sive quia sancti ut ad calcem virtutum perveniant, quotidie morum sanctitate proficiant, et ideo sub coelo, id est, sub obedientia Ecclesiasticae disciplinae sunt constituti.

Numquid elevabis in nebula vocem tuam, et impetus aquarum operiet te? Primo auditu hoc ita intelligendum est. Numquid habes tantam potentiam, ut ad imperium ac nutum tuum illico imbres infundentes et operientes de coelo descendant. Secundum altiorem vero intelligentiam, vocem, inquit, elevo, ait Dominus, quando hominibus clamo: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et pietatis affectu, pulso secreta mentis ipsorum: ubi est velut nebula caligo peccati, et nominis mei valde obscura oblivio, ut obedientibus voci meae innumeris populis circumdatus, quasi impetu influentibus aquis operiar, quibusque velut vestimento induar, ut in eis habitem, sicut propheta ait: Sicut sponsa induit me vestimento. Alii dixerunt: Vocabis nubem voce, et in tremore aquae validae obediet tibi. Aqua valida tremendum divinae voluntatis praeceptum est, quod Deus quemlibet sanctum voce, id est, affectu clamoris, et insinuationis instinctu, ut obediendo salvetur, observare jubet. Numquid tu, Job, aliquid simile facere potuisti?

De quien dice el profeta a los pueblos que han de creer: "Haced camino al que asciende sobre el Ocaso (Occasum), el Señor es su nombre". Quien por cierto al tiempo del ocaso, cuando dijo al Padre: "En tus manos encomiendo mi espíritu", puso tinieblas, y se hicieron en el corazón de los infieles judíos. A este pues Dios Padre lo resucitó como gran pastor de las ovejas. A este Véspero, digo, porque habiendo sido enviado en la tarde de los siglos ofreció el sacrificio vespertino, hizo al Hijo del hombre salir sobre los hijos de la tierra: ¡ojalá no sean carne, y la tierra alimento de la serpiente, ni hijos de la noche y de las tinieblas, sino que sean hijos del Lucero, hijos de Dios!

"¿Acaso conoces el orden del cielo, y pondrás su razón en la tierra?" Si alguno de los mortales puede conocer el número de todos los astros, puede también escudriñar el orden de su milicia. Nadie pues conoce estas cosas propiamente sino solo aquel que las fundó. Pero en sentido espiritual así puede entenderse: ¿Acaso tú, Job, como conocedor de lo futuro, ya conoces en qué orden en el cielo de la Iglesia, cuán diversas y múltiples gracias de mi espíritu resplandecen como estrellas, o con qué gloria, o con qué orden de méritos, como globos de astros radiantes, los santos brillarán en la resurrección? Otros vierten este lugar así: "Para que todas las cosas que están bajo el cielo se hagan por igual". Donde parecen decir esto, que por la volubilidad sea de los tiempos, sea de las estrellas, por espacios que se suceden entre sí vuelve y recurre. Pero espiritualmente ha de considerarse dicho así, que la dispensación por Cristo de la reconciliación humana crezca hasta el fin del siglo, para noticia de todas las naciones, o porque los santos, para que lleguen al término de las virtudes, aprovechen diariamente en la santidad de las costumbres, y por eso están constituidos bajo el cielo, esto es, bajo la obediencia de la disciplina Eclesiástica.

"¿Acaso elevarás tu voz en la nube, y un ímpetu de aguas te cubrirá?" A primera audición esto ha de entenderse así: ¿Acaso tienes tanta potencia que, a tu imperio y voluntad, al punto desciendan del cielo lluvias que inundan y cubren? Pero según un entendimiento más alto, elevo la voz, dice el Señor, cuando clamo a los hombres: "Venid a mí todos los que trabajáis y estáis cargados", y con afecto de piedad, golpeo los secretos de la mente de ellos: donde hay como una nube la calina del pecado, y un muy oscuro olvido de mi nombre, para que rodeado de innumerables pueblos que obedecen a mi voz, sea cubierto como por un ímpetu de aguas que fluyen, y con las cuales sea vestido como con un vestido, para que habite en ellos, como dice el profeta: "Como esposa me vistió con vestido". Otros dijeron: "Llamarás a la nube con la voz, y en el temblor del agua potente te obedecerá". El agua potente es el tremendo precepto de la voluntad divina, que Dios manda a cualquier santo observar con la voz, esto es, con el afecto del clamor y por el instinto de la insinuación, para que obedeciendo se salve. ¿Acaso tú, Job, pudiste hacer algo semejante?

Numquid mittes fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi, Adsumus? In his sermonibus Dei, adesse virtuti ejus credendum est quaecumque voluerit, cui etiam omnia insensibilia, quasi sensibilia sunt; sicut dicit propheta: A facie Domini commota est terra, a facie Dei Jacob. Reverti autem fulgura ideo appellantur, quia isti mittuntur a Deo, ut praedicatione Evangelii mundum illuminent, quibus Dominus ait: Vos estis lux mundi. Et iterum: Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad ultimum terrae: et in fine saeculi revertentes cum fructibus manipulorum suorum venient in exsultatione, et dicent: Quinque talenta mihi tradidisti: ecce alia quinque lucratus sum. Sive fulgura sunt inspirationes divinae, quibus illuminantur corda sanctorum, ut eis accensis in amore charitatis Christi conflagrent. Haec autem fulgura illuminationis Dei revertentur ad Deum, qui ea ad desiderium sui excitandum emiserat, quando per eamdem visitationem divinam ardenti animo et ferventi opus suae illuminationis effecerunt.

Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam? Manifestum est quod homo, quando ad imaginem et similitudinem Dei factus est, sapientiam rationis accepit, ut praestaret caeteris animantibus, quae ratione et prudentia carent. Quibus autem bonis a Deo homo donatus sit: lectorem ad eos transmitto qui de bono naturae, ejusque virtutibus plurima conscripserunt. Gallo etiam gallinaceo Deus hujusmodi sensum dedit, ut emenso noctis tempore, quasi proximae lucis memor, eamdem mundo canens annuntiet revertentem. Secundum intelligentiam vero spiritualem ita sentiendum est: quoniam Christus Dei est virtus Deique sapientia. Hunc Pater in visceribus hominis posuit: sic enim Dei sapientia qui est Filius ejus, ait, cum eum Petrus Filium Dei confessus fuisset, dicens: Tu es Christus Filius Dei vivi. Non tibi revelavit hoc caro et sanguis, sed Pater meus qui est in coelis. Et Apostolus: Cum autem complacuit ei, qui me segregavit ex utero matris meae, et vocavit in gratia sua, ut revelaret Filium suum in me. Gallum vero puto esse unumquemque sanctorum, qui in nocte et tenebris hujus mundi, accipiunt fidem, intelligentiam, et virtutis constantiam clamandi ad Deum, ut inspiret jam dies permanens et amoveantur umbrae vitae praesentis, cum urgenti et frequenti clamore precum suarum dicentes: Emitte lucem tuam, et veritatem tuam. Quod et de prophetis intelligere possumus, qui certatim annuntiaverunt diei ac solis adventum. Hoc in loco aliorum multo aliter interpretatio habet, qui ita dixerunt: Quis dedit mulieribus texturae sapientiam, et varietatum scientiam?

"¿Acaso enviarás los relámpagos, e irán, y volviendo te dirán: 'Aquí estamos'?" En estas palabras de Dios, ha de creerse que están presentes a su virtud cualesquiera cosas que Él quiera, para quien incluso todas las cosas insensibles son como sensibles; como dice el profeta: "A la presencia del Señor se conmovió la tierra, a la presencia del Dios de Jacob". Pero se llaman relámpagos que vuelven porque estos son enviados por Dios para que iluminen al mundo con la predicación del Evangelio, a quienes el Señor dice: "Vosotros sois la luz del mundo". Y otra vez: "Te puse por luz de las gentes, para que seas para salud hasta lo último de la tierra": y al fin del siglo, volviendo con los frutos de sus manojos vendrán con júbilo, y dirán: "Cinco talentos me entregaste: he aquí otros cinco he ganado". O bien los relámpagos son inspiraciones divinas, con las cuales se iluminan los corazones de los santos, para que encendidos en el amor de la caridad de Cristo se abrasen. Pero estos relámpagos de la iluminación de Dios volverán a Dios, que los había emitido para excitar el deseo de sí mismo, cuando por la misma visitación divina con ánimo ardiente y ferviente realizaron la obra de su iluminación.

"¿Quién puso en las entrañas del hombre la sabiduría, o quién dio al gallo la inteligencia?" Es manifiesto que el hombre, cuando fue hecho a imagen y semejanza de Dios, recibió la sabiduría de la razón, para que sobresaliera sobre los demás animales, que carecen de razón y prudencia. Pero con qué bienes ha sido dotado el hombre por Dios: remito al lector a aquellos que han escrito muchísimas cosas sobre el bien de la naturaleza y sus virtudes. Al gallo también Dios le dio tal sentido que, pasado el tiempo de la noche, como recordado de la luz próxima, anuncia al mundo que vuelve cantando. Pero según el entendimiento espiritual así ha de sentirse: porque Cristo es la virtud de Dios y la sabiduría de Dios. A este el Padre lo puso en las entrañas del hombre: pues así la sabiduría de Dios, que es su Hijo, dice, cuando Pedro le hubo confesado Hijo de Dios, diciendo: "Tú eres el Cristo, Hijo del Dios vivo." "No te reveló esto la carne ni la sangre, sino mi Padre que está en los cielos." Y el Apóstol: "Pero cuando le plugo a aquel que me segregó del vientre de mi madre, y me llamó en su gracia, para que revelara a su Hijo en mí". Pienso pues que el gallo es cada uno de los santos, que en la noche y tinieblas de este mundo, reciben la fe, la inteligencia y la constancia de la virtud de clamar a Dios, para que inspire ya el día permanente y sean removidas las sombras de la vida presente, diciendo con el urgente y frecuente clamor de sus preces: "Emite tu luz y tu verdad". Lo cual también podemos entender sobre los profetas, quienes porfía anunciaron el advenimiento del día y del sol. En este lugar la interpretación de otros es muy distinta, quienes dijeron así: "¿Quién dio a las mujeres la sabiduría de la textura, y la ciencia de las variedades?"

Si scientiam varietatum, et textrini operis sapientiam a Deo solae mulieres acceperunt, de quibus dicitur: Sed mulieres doctae dederunt, quos noverant in opus tabernaculi: de qualibus et Dominus hoc loco, quasi specialiter ait: Quis dedit mulieribus texturae sapientiam, et varietatum scientiam? Quomodo in Exodo Beseleel et Oholiab sacerdotum et tabernaculi vestimenta vario ac polymitario opere texuerunt. Noverimus ergo esse animas sanctas, quae hoc opus efficiendi etiam nunc in historia per intelligentiam spiritus acceperunt: quibus utique sicut scriptum est: Dedit Deus sapientiam et intelligentiam, quidquid etiam fabre adinveniri potest, dedit in corde eorum. Sic itaque repleti sunt spiritu sapientiae, et intelligentiae, et sapientiae vel scientiae, et omni doctrina ad excogitandum et faciendum omne opus, quoniam tabernaculum illud legis, sanctae Ecclesiae imaginem praeferebat. Dicamus de hac varietate morum, sive meritorum velut vestem vero Salomoni ministrantium, quod per figuram regina Saba dixit Salomoni, cum admiratione laudans sapientiam ejus, et domum, cibos, habitacula, et servorum ordinem, vestes et ministros, et holocausta, quae offerebant in domo Domini continenter. Hanc officiorum varietatem contextam esse per diversas in toto mundo Ecclesias, per quas alibi conjugati, alibi continentes, alibi virgines. Hi per eleemosynas, illi per alienationem omnium facultatum: illi per crucem, et mortificationem terrenarum cupiditatum, illi per scientiam Scripturarum multiplicibus sancti Spiritus gratiis, velut diversis coloribus Christi corpus exornant, sibique aeternae gloriae et immortalitatis vestimenta conficiunt. Contexunt etiam perfecto intellectu fidem Trinitatis, velut spartum triplex quod non cito rumpitur. Hujusmodi vestimenta istae spirituales mulieres operantur, id est, sive sanctae animae, sive Ecclesiae per diversa regionum spatia constitutae.

Quis enarrabit coelorum rationem, et concentum coeli quis dormire faciet? Certum est, quia nullus coelorum rationem, vel stellarum cursum poterit aut sermone narrare, aut mente concipere. Quod autem ait: Concentum coeli quis dormire faciet? multis Scripturarum locis laudare Deum elementa dicuntur, pro eo quod in illorum dispositione ac pulchritudine Deus, vel ab hominibus, vel ab angelis praedicetur. Id est, quis homines in ejus laudibus vitam, exercentes dormire, id est, quiescere faciet? Pro hoc itaque honore, qui ab Ecclesiae congregatione persolvitur: quis alius quam ipse requiem dabit ac refrigerium in sempiternum? Dormitio enim aliquando in Scripturis requies intelligitur, ut Isaias propheta ait, Justitia dormivit in ea: id est, in Jerusalem aequitas justitiae requievit, nunc autem homicidae. Et sanctus quidam, super quem signatum fuerat lumen vultus Domini, ait in psalmo, In pace in idipsum dormiam, et requiescam. Item in alio loco, Si dormiatis, inquit, inter medios cleros, id est, inter sortes duorum Testamentorum requiescatis.

Si la ciencia de las variedades, y la sabiduría de la obra del telar la recibieron de Dios solo las mujeres, de quienes se dice: "Pero las mujeres doctas dieron lo que conocían para la obra del tabernáculo": de tales también el Señor en este lugar dice como especialmente: "¿Quién dio a las mujeres la sabiduría de la textura, y la ciencia de las variedades?" Como en el Éxodo, Bezalel y Oholiab tejieron las vestiduras de los sacerdotes y del tabernáculo con obra variada y de polimita. Conozcamos pues que hay almas santas, que recibieron por la inteligencia del espíritu el realizar esta obra incluso ahora en la historia: a quienes ciertamente como está escrito: "Dios dio sabiduría e inteligencia, todo lo que puede ser inventado artísticamente, lo dio en el corazón de ellos". Así pues fueron llenos del espíritu de sabiduría, y de inteligencia, y de sabiduría o ciencia, y de toda doctrina para excogitar y hacer toda obra, puesto que aquel tabernáculo de la ley prefiguraba la imagen de la santa Iglesia. Digamos sobre esta variedad de costumbres, o de méritos como un vestido que sirve al verdadero Salomón, lo que por figura la reina de Saba dijo a Salomón, alabando con admiración su sabiduría, y la casa, los alimentos, las habitaciones, y el orden de los siervos, los vestidos y ministros, y los holocaustos que ofrecían en la casa del Señor continuamente. Que esta variedad de oficios ha sido tejida por diversas Iglesias en todo el mundo, por las cuales en unas partes los casados, en otras los continentes, en otras las vírgenes. Estos por las limosnas, aquellos por la enajenación de todas las facultades: aquellos por la cruz y la mortificación de los deseos terrenos, aquellos por la ciencia de las Escrituras con múltiples gracias del Espíritu Santo, adornan como con diversos colores el cuerpo de Cristo, y se confeccionan para sí vestidos de gloria eterna y de inmortalidad. Tejen también con perfecto entendimiento la fe de la Trinidad, como un cordel triple que no se rompe pronto. Tales vestiduras operan estas mujeres espirituales, esto es, o las almas santas, o las Iglesias constituidas por diversos espacios de regiones.

"¿Quién narrará la razón de los cielos, y quién hará dormir el concierto del cielo?" Es cierto que nadie podrá ni narrar con el discurso, ni concebir con la mente la razón de los cielos, o el curso de las estrellas. Pero en cuanto a lo que dice: "¿Quién hará dormir el concierto del cielo?", en muchos lugares de las Escrituras se dice que los elementos alaban a Dios, por el hecho de que en la disposición y belleza de ellos Dios es predicado, sea por los hombres, sea por los ángeles. Esto es, ¿quién hará que los hombres que ejercen su vida en sus alabanzas duerman, esto es, descansen? Por este honor pues, que es tributado por la congregación de la Iglesia: ¿quién otro sino Él mismo dará descanso y refrigerio para siempre? Pues la "dormición" algunas veces en las Escrituras se entiende como "descanso", como dice el profeta Isaías: "La justicia durmió en ella": esto es, en Jerusalén descansó la equidad de la justicia, pero ahora los homicidas. Y un cierto santo, sobre quien había sido señalada la luz del rostro del Señor, dice en el salmo: "En paz en lo mismo dormiré, y descansaré". Asimismo en otro lugar: "Si durmiereis", dice, "entre los medios de las suertes (cleros)", esto es, descanséis entre las suertes de los dos Testamentos.

Et concentum coeli quis dormire faciet? Sanctos angelos intelligamus, qui pro ipsa habitatione coeli coelum dicti sunt per prophetam hoc modo, Coelum coeli Domino. Hujus igitur coeli concentum, ait Dominus, quis dormire faciet, id est, quis erit ille qui eos a perpetuis laudibus, quibus me benedicunt, sanctus, sanctus, sanctus Dominus, incessabiliter concinentes, ut cessent, et quasi obdormientes possit inhibere? Quis narrabit coelorum rationem? Et sancti coelorum nomine crebro dicuntur, de quibus secundum mysticos intellectus propheta vaticinatur, dicens: Coeli enarrant gloriam Dei. Horum igitur donationes, quas habent secundum Dei gratiam differentes; quis poterit vel ipsam fidei ipsorum narrare rationem?

Quando fundabatur pulvis in terra, et glebae compingebantur? Pulvis de quo Dominus ait, gentium infidelitatem signat: pulvis utique aridus, et solutus fundamento in Ecclesia apostolico admiscetur, ut per fidem et colligationes, sive compagines charitatis, conglutinatio in Christo foedere unionis et pacis, in augmentum Dei velut in terram solidam crescendo proficiat. Unde glebae agri Dominici, effectae frugiferae, in unum corpus Ecclesiae charitatis copula compinguntur. Coelorum quoque appellatione Scripturae sanctae recte dicuntur: eo quod desursum sint hominibus attributae, sive quia coelestia in se contineant sacramenta. Horum igitur coelorum, id est Scripturarum rationem, quae de mysteriorum obscuritatibus opacatae sunt, et profundae, quis poterit animo perscrutari, vel eloquio proferre, aut quis eorum vaticinia cessare praecipiet. Antiqui interpretes ita dixerunt: Quis coeli organa in terram declinavit? id est, quis est qui coelorum laudantium Deum cantus, usque ad hominum inclinavit notitiam, ut, imitatione laudis ejus, socii angelorum effici mereantur.

Numquid capies leaenae praedam, et animam catulorum ejus implebis? Ex his quae per omnem textum sermonis hujus enumerat, sex sunt quadrupedia, et quatuor volatilia. Et in hoc decalogi perfecto numero videri potest quod omnem creaturam intelligi voluerit Deus, quae per eum utpote per auctorem regitur. Decimus autem numerus perfectus est; quia per ipsum iterando, omnis numerus in infinitum multiplicatur. Ergo juxta litterae superficiem, hoc ait: Ego qui omnia justa dispensatione procuro, circa te tantum, o Job, videor injustus.

¿Y quién hará dormir el concierto del cielo? Entendamos a los santos ángeles, que por la misma habitación del cielo son llamados "cielo" por el profeta de este modo: "El cielo del cielo para el Señor". Al concierto de este cielo pues, dice el Señor, ¿quién lo hará dormir?, esto es, ¿quién será aquel que pueda inhibirles de las perpetuas alabanzas con que me bendicen, cantando incesantemente "Santo, santo, santo Señor", para que cesen y como que se duerman? "¿Quién narrará la razón de los cielos?" Y los santos son llamados frecuentemente con el nombre de "cielos", sobre quienes según los entendimientos místicos vaticina el profeta diciendo: "Los cielos narran la gloria de Dios". De estos pues los dones, que tienen diferentes según la gracia de Dios; ¿quién podrá narrar incluso la razón de la fe de ellos?

"¿Cuando se fundaba el polvo en la tierra, y los terrones se compactaban?" El polvo de que habla el Señor significa la infidelidad de las gentes: por cierto el polvo árido y suelto se mezcla al fundamento apostólico en la Iglesia, para que por la fe y las ligaduras, o las trabas de la caridad, la conglutinación en el pacto de unión y paz en Cristo, aproveche creciendo en el aumento de Dios como en tierra sólida. De donde los terrones del campo del Señor, hechos fructíferos, se compactan en un solo cuerpo de la Iglesia por el vínculo de la caridad. También con la apelación de "cielos" se llaman rectamente las santas Escrituras: por el hecho de que han sido atribuidas a los hombres desde lo alto, o porque contienen en sí sacramentos celestiales. De estos cielos pues, esto es de las Escrituras, la razón de las cuales está ensombrecida por las oscuridades de los misterios, y es profunda, ¿quién podrá escudriñarla con el ánimo, o proferirla con la elocuencia, o quién mandará que cesen sus vaticinios? Los antiguos intérpretes dijeron así: "¿Quién inclinó los órganos del cielo hacia la tierra?" esto es, quién es el que inclinó los cantos de los cielos que alaban a Dios hasta la noticia de los hombres, para que, por imitación de su alabanza, merezcan ser hechos socios de los ángeles.

"¿Acaso tomarás la presa para la leona, y llenarás el alma de sus cachorros?" De estas cosas que enumera por todo el texto de este discurso, seis son cuadrúpedos y cuatro son volátiles. Y en este número perfecto del decálogo puede verse que Dios quiso que se entendiera toda criatura, la cual es regida por Él como por su autor. Pues el décimo número es perfecto; porque iterando por él, todo número se multiplica hasta el infinito. Por tanto, según la superficie de la letra, dice esto: Yo que procuro todas las cosas con justa dispensación, solo respecto a ti, oh Job, parezco injusto.

Juxta spiritualem intellectum, leaena sive etiam leo, diabolus est intelligendus, qui et in multis locis Scripturarum propter saevitiam et fortitudinem ita nominatur. De hoc igitur Dominus ait, quod nemini nocere possit, nisi a Deo acceperit potestatem. Justo ergo judicio ejus traduntur, quia ille omnino vires non habet dominandi, nisi ipse permiserit. Numquid capies leaenae praedam, id est, sicut ego eam capere permittam. Puto autem hoc loco ideo catulos dictos, quia leaenam nominaverat, quos veneno malitiae suae, sive nequitiae, velut lacte nutrierat ad homines perimendos. De quorum mortibus, nequissimorum spirituum animae reficiuntur, et de his in psalmo ait; Catuli leonum rugientes, ut rapiant et quaerant a Deo escam sibi. His igitur leonibus, et draconibus escas dare Deus dicitur: quando illos quos expetunt, in potestatem accipiunt.

Quando cubant in antris suis (in silvis, alii dixerunt) et in specubus insidiantur? Antra sive speluncae sunt corda hominum impiorum: in his latibulis sedent, sive cubant in insidiis, ut interficiant innocentem.

Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum: vagantes, eo quod non habeant cibos? Arbitror quod et hic corvus adversariam partem significet, sicut et pulli ejus, ut quemadmodum superius leaenam, et catulos ejus intelleximus diabolum, et turbam perditorum ejus, ita et hic corvum eumdem cum pullis ejus intelligamus. Quod ergo dicitur vagantes, indicatur hoc verbo, quod quasi quamdam famis rabiem patiantur circa hominum genus, ut perditionem portionis ejus, velut cibum sumant, et ideo satagere videntur omni instantia, donec ad effectum votorum suorum perveniant, sicut audivimus Spiritum sanctum, per Salomonem dicentem: Oculum irridentem patrem, et contumeliosum senectuti matris, effodiant eum corvi de convallibus, et devorent eum pulli aquilarum. Possumus et ita sentire, ut corvum, id est, diabolum, et omnes socios ejus quondam patres habuerimus, cum erroribus eorum assimilaremur et vitiis, et inde etiam et pullorum nomine dicebamur. Sed relinquentes eos, quod et sponsa docetur, ut faciat: quae sponsa nos sumus, cui dicitur: Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et invocantes nunc Dominum, potest fieri ut pristino adhuc nomine appellemur: sicut propheta ait, ubi de Deo loquitur: Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum.

Según el entendimiento espiritual, por la leona o también por el león ha de entenderse el diablo, quien también en muchos lugares de las Escrituras es así nombrado por su saña y fortaleza. Sobre este pues dice el Señor, que a nadie puede dañar si no hubiere recibido potestad de Dios. Por su justo juicio pues le son entregados, porque aquel no tiene en absoluto fuerzas para dominar si Él mismo no lo hubiere permitido. "¿Acaso tomarás la presa para la leona?", esto es, tal como yo permitiré que sea tomada. Pienso pues que en este lugar se llaman cachorros por eso, porque había nombrado a la leona, a los cuales con el veneno de su malicia o iniquidad había nutrido como con leche para perecer a los hombres. De cuyas muertes se rehacen las almas de los nequísimos espíritus, y sobre estos dice en el salmo: "Los cachorros de los leones rugientes, para que arrebaten y busquen de Dios alimento para sí". A estos leones pues, y a los dragones, se dice que Dios da alimentos cuando reciben en su potestad a aquellos que pretenden.

"¿Cuando se agachan en sus antros (en las selvas, dijeron otros) y acechan en las cavernas?" Los antros o cavernas son los corazones de los hombres impíos: en estos escondrijos se sientan, o se agachan en acechanzas, para matar al inocente.

"¿Quién prepara para el cuervo su alimento, cuando sus polluelos claman a Dios: vagando, por no tener comida?" Estimo que también aquí el cuervo significa la parte adversaria, al igual que sus polluelos, para que así como anteriormente por la leona y sus cachorros entendimos al diablo y a la turba de sus perdidos, así también aquí entendamos al mismo cuervo con sus polluelos. Lo que pues se dice "vagando", se indica con este verbo que padecen como una cierta rabia de hambre respecto al género humano, para que tomen la perdición de su porción como alimento, y por eso parecen afanarse con toda instancia hasta que llegan al efecto de sus deseos, como hemos oído al Espíritu Santo diciendo por Salomón: "El ojo que se mofa del padre, y contumaz a la ancianidad de la madre, sáquenlo los cuervos de los valles, y devórenlo los polluelos de las águilas". Podemos también sentirlo así, que al cuervo, esto es al diablo, y a todos sus socios los tuvimos una vez por padres, cuando nos asimilábamos a sus errores y vicios, y de ahí también se nos llamaba con el nombre de polluelos. Pero dejándolos a ellos, lo cual también se enseña a la esposa que haga: la cual esposa somos nosotros, a quien se dice: "Oye, hija, y ve, e inclina tu oído, y olvida a tu pueblo y la casa de tu padre", e invocando ahora al Señor, puede suceder que todavía seamos llamados por el nombre antiguo: como dice el profeta donde habla de Dios: "El cual da a las bestias su alimento, y a los polluelos de los cuervos que le invocan".

Et reor quod ideo pristino nomine censeamur, ut noverimus quid fuimus, et quid nunc per Christi gratiam simus. Et inde hoc ipsum magnum bonum intelligentes, magis Deo gratias referamus, dicentes cum Apostolo: Gratias Deo Patri, qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii claritatis suae. Mos autem sanctae Scripturae hujusmodi est, ut pristina culparum nomina in sanctis frequenter recenseat, sicut beatus Isaias propheta ait de Deo: Benedicent me bestiae agri; et apostolus Matthaeus dicitur publicanus. Videamus hunc locum, si et in bonam partem exponere possimus, ut istum corvum, et Christum interpretemur. Sicut enim secundum Scripturarum consuetudinem, montem dicimus Dominum nostrum, et diabolum similiter appellamus: petram quoque ac lapidem, arborem etiam, et gladium dicimus: ita et corvum fortassis dicere possumus. Nam et sponsa Ecclesia, inter caetera praeconia laudis de Christo, ita ait in Cantico canticorum: Crines ejus ut abietis, nigri sicut corvus: sed quando diabolo corvi nomen aptamus, dicimus eum nigrum criminibus atque tetrum, et qui in tenebris nequitiarum commoretur. Quando vero eo nomine Salvatorem significari dicimus, mysteriorum arcanis eum in Scripturis suis obscurissimum esse sentimus. Et cum sciamus diabolum in Scripturis serpentem nominari, quis auderet de Domino ita credere, nisi ipse in se serpentis similitudinem verbis propriis expressisset, dicens: Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: et discipulos tales admonuit esse dicens: Estote astuti ut serpentes. Et serpens, id est, diabolus maledictus a Deo est, eo quod Evam seduxit astutia: et Christus maledictus dicitur: quia maledictus omnis qui pendet in ligno. Maledictum quippe hominis in se suscipiendo, id est, eam quae ex sententia Dei venerat mortem, ut maledictum suspendit in ligno, et inde est quod pro nobis Christus factus est maledictum. Haec exempla protulimus, ut firmetur sensus supra prolatus: sequentia videamus. Nunc igitur Christo corvo figuraliter dicto, pater praeparat escam, cum ei ex gentibus convocat credituros, sicut de eodem patre propheta ait dicens: Qui suscitavit ab Oriente justum, vocavit eum, ut sequeretur. Dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit. His igitur ad fidem vocatis, Dominus Christus velut esca gaudio exsultationis reficitur.

Y creo que por eso somos contados por el nombre antiguo, para que sepamos qué fuimos, y qué somos ahora por la gracia de Cristo. Y de ahí entendiendo este mismo gran bien, demos más gracias a Dios diciendo con el Apóstol: "Gracias a Dios Padre, que nos arrebató de la potestad de las tinieblas, y nos trasladó al reino del Hijo de su claridad". La costumbre de la santa Escritura es de tal modo que frecuentemente recuenta los antiguos nombres de las culpas en los santos, como dice el bienaventurado profeta Isaías sobre Dios: "Me bendecirán las bestias del campo"; y el apóstol Mateo es llamado publicano. Veamos este lugar, si podemos también exponerlo en buena parte, para que interpretemos a este cuervo como a Cristo. Pues así como según la costumbre de las Escrituras llamamos a nuestro Señor monte, y de modo similar llamamos al diablo; también le llamamos roca y piedra, árbol y espada: así quizá podemos llamarle cuervo. Pues también la esposa Iglesia, entre otros pregones de alabanza sobre Cristo, dice así en el Cantar de los Cantares: "Sus cabellos como de abeto, negros como el cuervo": pero cuando adaptamos el nombre de cuervo al diablo, le decimos negro por los crímenes y fétido, y que mora en las tinieblas de las maldades. En cambio, cuando decimos que por ese nombre se significa al Salvador, sentimos que Él es oscurísimo en sus Escrituras por los arcanos de los misterios. Y sabiendo que el diablo es llamado serpiente en las Escrituras, ¿quién osaría creer así del Señor, si Él mismo no hubiera expresado en sí la semejanza de la serpiente con sus propias palabras, diciendo: "Como Moisés exaltó la serpiente en el desierto, así conviene que sea exaltado el hijo del hombre": e amonestó a los discípulos a ser tales diciendo: "Sed astutos como serpientes". Y la serpiente, esto es el diablo, es maldito por Dios, por haber seducido a Eva con astucia: y Cristo es llamado maldito: porque maldito todo el que cuelga en el madero. Pues tomando sobre sí el maldito del hombre, esto es, la muerte que había venido por la sentencia de Dios, suspendió el maldito en el madero, y de ahí es que por nosotros Cristo fue hecho maldito. Estos ejemplos hemos proferido para que se afiance el sentido arriba proferido: veamos lo siguiente. Ahora pues, dicho Cristo cuervo figuradamente, el padre prepara el alimento, cuando le convoca de las gentes a los que han de creer, como dice del mismo padre el profeta diciendo: "Quien suscitó del Oriente al justo, lo llamó para que le siguiera. Dará en su presencia a las gentes, y obtendrá reyes". A estos pues llamados a la fe, el Señor Cristo es recreado como por alimento con el gozo del júbilo.

Hujus populi, id est, discipuli, et omnes credentes clamant ad Deum in oratione, panem substantialem quotidie postulantes, et hoc ipsum vagantes faciunt, quia peregrini et hospites sunt super terram, ubi sedem sibi firmam et stabilem non constituerunt, sed dicunt cum Apostolo, Instabiles sumus. Hi igitur habent quidem cibos Scripturarum: quarum consolatione pascuntur, sed spei et fidei cibus est, non alimonia rei proprie permanentis. Et idcirco in hoc mundo vagari dicuntur: donec ad immobilitatem quamdam saeculi futuri perveniant. Nam et ad hunc intellectum spiritualem pertinet, quod corvi isti rore pasci dicuntur, sicut philologi se referunt indagasse.

CAPUT XXXIX.

Numquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes cervas observasti? Ibices ipsi sunt, quos Graeci tragelaphos vocant, admixto nomine hirci et cervi, eo quod necesse est, ut simile sibi aliquid haec animalia habeant, et unum horum puto in Canticis canticorum damulam vocari, quae aliquando, et caprea, secundum legem mactabantur. Et in Cantico canticorum crebro simul ponuntur, et munda apellantur, quoniam cornuta essent, et ruminarent, ungulamque dividerent. Istius ibicis sunt et alia animalia quasi ejusdem generis, ut est, corvorum, sicut in Lege dicitur: Et omnes corvini generis aves non manducabitis. Haec ergo animalia, vel maxime in saxis nutriuntur, et in cavernis petrarum. Ibicum tempus quando pariunt nosti, ait Dominus ad Job: vel quando cervae parturiunt observasti? Quanta alia sunt in Scripturis magis obscura atque ab hominum notitia longe remota, de quibus aliqua in hoc libro ipse Dominus videtur dixisse, quam sunt quae ad Job nunc loquitur: quod enim laboris est nosse tempus cervarum, et ibicum parturientium? aut unde tam latebrosum est humanae notitiae, ut possit tempus horum animalium parientium penitus ignorare, praesertim cum haec ipsa animalia pene in medio hominum commorentur. Proinde, ne sit apud quosdam hic sermo Domini vilis, et forte ab eis superfluus existimetur, altius quod dixit intuendum est, ut dicamus in mysteriis sub nomine horum animalium, praefiguratos apostolos et apostolicos viros, et omnes praedicatores veritatis: qui in fortitudine fidei et patientia, velut in petris per spiritum imbuentem eos, verbum Evangelii perfecte in se formatum parturiant, vel cum doloribus persecutionum parturiant. In petra parturiebat et ille qui dixit: Nam in Christo per Evangelium ego vos genui.

Sus pueblos, esto es los discípulos y todos los creyentes, claman a Dios en la oración, pidiendo diariamente el pan sustancial, y esto mismo lo hacen vagando, porque son peregrinos y huéspedes sobre la tierra, donde no constituyeron para sí una sede firme y estable, sino que dicen con el Apóstol: "Somos inestables". Estos pues tienen ciertamente los alimentos de las Escrituras: con cuyo consuelo son apacentados, pero es alimento de esperanza y de fe, no alimento de cosa propiamente permanente. Y por ello se dicen vagar en este mundo hasta que lleguen a una cierta inmovilidad del siglo futuro. Pues también a este entendimiento espiritual pertenece el que estos cuervos se digan apacentarse del rocío, como refieren haber indagado los filólogos.

CAPÍTULO XXXIX.

¿Acaso conoces el tiempo del parto de las íbices en las peñas, o has observado a las ciervas cuando paren? Las íbices son las mismas que los griegos llaman tragelaphos, con el nombre mezclado de macho cabrío (hircus) e ciervo (cervus), porque es necesario que estos animales tengan algo semejante entre sí, y creo que uno de estos es llamado damela (damula) en el Cantar de los Cantares, que algunas veces, como también la cabra montés (caprea), eran sacrificadas según la ley. Y en el Cantar de los Cantares frecuentemente se ponen juntas, y se llaman limpias, puesto que tienen cuernos, rumian y dividen la pezuña. De esta íbice son también otros animales casi del mismo género, como es el de los cuervos, como se dice en la Ley: "Y no comeréis ninguna de las aves del género de los cuervos". Estos animales, pues, se crían principalmente en los peñascos y en las cavernas de las rocas. ¿Conoces el tiempo en que paren las íbices?, dice el Señor a Job: ¿o has observado cuándo paren las ciervas? Cuántas otras cosas hay en las Escrituras más oscuras y alejadas del conocimiento de los hombres, de las cuales el mismo Señor parece haber dicho algunas en este libro, que las que ahora habla a Job: pues ¿qué trabajo es conocer el tiempo de las ciervas y de las íbices parturientas? ¿O por qué es tan recóndito para el conocimiento humano que pueda ignorar por completo el tiempo de parir de estos animales, especialmente cuando estos mismos animales moran casi en medio de los hombres? Por tanto, para que este discurso del Señor no sea vil para algunos, y tal vez sea estimado por ellos como superfluo, hay que mirar más profundamente lo que dijo, para que digamos que en los misterios, bajo el nombre de estos animales, están prefigurados los apóstoles y varones apostólicos, y todos los predicadores de la verdad: quienes en la fortaleza de la fe y la paciencia, como en las peñas por el espíritu que los imbuye, den a luz la palabra del Evangelio perfectamente formada en sí mismos, o den a luz con los dolores de las persecuciones. En la peña paría también aquel que dijo: "Pues en Cristo por el Evangelio yo os engendré".

Hoc igitur tempus futurum constitui, et animas praedictorum, velut cervas, quae de timore meo concipiunt, ut spiritum salutis pariant super terram, tu forsitan, quasi obstetricantis officio, diligentissima sollicitudine observasti, dans eis os, et sapientiam, cui non possint resistere omnes adversarii eorum.

Dinumerasti menses conceptus eorum, et scisti tempus partus earum? Vivum verbum Dei, et validum, penetrans usque in divisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, in hoc spirituali conceptu profectus quosdam incrementorum, velut per menses temporum in cordium sinibus operatur, ut ipsis apostolis primum apparuit, qui in initio praedicationis, quasi parvi, et modici visi sunt, sed paulatim corroborante eos spiritu, verbum in eis demonstratum est, usque ad mensuram plenae gratiae pervenisse. Quod velut partu edentes, totum atque perfectum ac plenum divinis promissionibus scribentes, diversis Ecclesiis ediderunt. Hujusmodi igitur conceptus, et partus tempora, qui hoc modo spirituali utero cordis fiunt, unde et tu, Job, ait Dominus, cognoscere potuisti? quorumque tempora sunt in Evangelio praefinitionis meae consilio constituta. Ubi ergo dictum est, et scisti tempus partus eorum: alii dixerunt, et dolores eorum solvisti. Dolores sunt insectationes et tribulationes, quae praedicatoribus inferuntur, a quibus doloribus isti tunc absolvuntur, quando invitati ad requiem absolvuntur a corpore. Sive tunc absolvuntur a doloribus persecutionum, quando in spe positi, pro malis praesentibus ad promissionem aeternae remunerationis aspiciunt.

Separantur filii earum, et pergunt ad pastum: egrediuntur, et non revertuntur ad eas. Parturitione apostolica, filii quos sancti in Christo genuerint, sive a pristinis erroribus suis, sive etiam a carnalibus operibus separantur: in quibus nunc erubescunt, ut jam non sibi vivant, sed Christo, qui pro eis mortuus est, et resurrexit. Pergunt ad pastum: id est, per scientiam profundioris intelligentiae quotidie excitati conversatione proficiunt, dicentes, animalia sancta veri pastoris: Dominus regit me, et nihil mihi deerit: et caetera, quae sequuntur in psalmo eodem; sic, inquam, pergunt sancti filii evangelizantium pacem, sicut jam dixi, id est, crescunt atque proficiunt. Ad istum pastum Domini, et ad hanc alimoniam sanctarum animarum, et ad tales delicias spirituales, egrediuntur utique ab infantia morum quotidie proficientes, proficiscentes virtutum merito in virum perfectum. Et non revertuntur ad eas. Non revertuntur, ut iterum necesse sit eos doceri, quae sint elementa exordii sermonum Dei. Non revertuntur ad ea quae retro sunt, sed ad ea quae in ante sunt se extendunt. Non revertuntur, ut quidam, quibus ait Apostolus: Filioli mei, quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis: sed potius subeunt gradus ascensionum, inambulant de virtutibus in virtutem. Hujusmodi ergo filii non possunt audire, ut Galatae, vocem increpantis Apostoli: vellem esse apud vos, et mutare vocem meam.

Este tiempo futuro, pues, yo lo constituí, y las almas de los predichos, como ciervas, que conciben de mi temor, para que den a luz el espíritu de salud sobre la tierra, tú tal vez, como con oficio de partera, observaste con diligentísima solicitud, dándoles boca y sabiduría, a la cual no puedan resistir todos sus adversarios.

¿Has numerado los meses de su concepción, y has conocido el tiempo de su parto? La palabra de Dios viva y eficaz, que penetra hasta la división del alma y del espíritu, de las coyunturas y de las médulas, en esta concepción espiritual obra ciertos progresos de incrementos, como por meses de tiempos en los senos de los corazones, como apareció primero en los mismos apóstoles, quienes al inicio de la predicación fueron vistos como pequeños y modestos, pero poco a poco, corroborándolos el espíritu, se demostró que la palabra en ellos había llegado hasta la medida de la plena gracia. La cual, dándola a luz como por un parto, escribiéndola entera, perfecta y llena de las divinas promesas, la publicaron a las diversas Iglesias. Tales tiempos de concepción y de parto, pues, que ocurren de este modo en el útero espiritual del corazón, ¿de dónde pudiste tú conocerlos, Job?, dice el Señor; cuyos tiempos están constituidos en el Evangelio por el consejo de mi predefinición. Donde pues se dijo: "¿Y conociste el tiempo de su parto?", otros dijeron: "Y sus dolores soltaste". Los dolores son las persecuciones y tribulaciones que se infieren a los predicadores, de cuyos dolores estos son entonces absueltos cuando, invitados al descanso, son absueltos del cuerpo. O bien son absueltos entonces de los dolores de las persecuciones cuando, puestos en la esperanza, miran hacia la promesa de la remuneración eterna a cambio de los males presentes.

Se separan sus hijos, y van al pasto: salen, y no vuelven a ellas. Por el parto apostólico, los hijos que los santos engendraron en Cristo son separados, ya sea de sus antiguos errores, o también de las obras carnales, de las cuales ahora se avergüenzan, para que ya no vivan para sí, sino para Cristo, que murió y resucitó por ellos. Van al pasto: esto es, excitados diariamente por la ciencia de una inteligencia más profunda, progresan en su conducta, diciendo, animales santos del verdadero pastor: "El Señor me rige, y nada me faltará", y lo demás que sigue en el mismo salmo; así, digo, van los hijos santos de los que evangelizan la paz, como ya dije, esto es, crecen y progresan. A este pasto del Señor, y a este alimento de las almas santas, y a tales delicias espirituales, salen ciertamente de la infancia de las costumbres, progresando diariamente, avanzando por el mérito de las virtudes hacia el varón perfecto. Y no vuelven a ellas. No vuelven para que sea necesario otra vez que se les enseñe cuáles son los elementos del comienzo de las palabras de Dios. No vuelven a las cosas que están atrás, sino que se extienden a las que están delante. No vuelven como algunos a quienes dice el Apóstol: "Hijitos míos, a quienes otra vez doy a luz hasta que Cristo se forme en vosotros", sino que más bien suben los grados de las ascensiones, caminan de virtudes en virtud. Tales hijos no pueden oír, como los Gálatas, la voz del Apóstol que increpa: "Querría estar con vosotros y cambiar mi voz".

Hic ergo sermo Dei sub figura caprearum, et ibicum, describit apostolos, sicut jam dixi, et apostolicos viros, atque omnes doctores Ecclesiae, per quorum doctrinam Ecclesia spirituales sibi filios generat. Et unaquaeque anima de verbo Dei concipiens, parit filios bonorum operum, quae tamen cervae sit similis, et ibici, ut in montibus habitet, et in petris nutriat, veloxque sit, et alacris ad currendam viam Domini. Serpentes quoque de terra sua educat, et vivat multo tempore, audiens prophetam: Adjicientur tibi anni vitae tuae. Talibus cervis sunt montes excelsi, quos Domini vox per prophetam pollicetur in psalmo, dicens: Super montes stabunt aquae. Et mox: Quoniam tu humiliasti montes, et tunc demum addidit: Montes excelsi cervis. Montes excelsi, ut diximus, eminentia sunt et celsitudo Scripturarum: in quibus praedicatores veritatis habitantes, et in altitudine sapientiae ac scientiae Dei inambulant.

Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit?

In cerva et ibice superius figuram Ecclesiae esse monstravimus. Nunc vero onagri nomine, arbitramur populum Judaeorum posse intelligi, quem Deus ob incredulitatem ejus dimiserit, sicut ait: Et dimisit eos secundum desideria cordis eorum. Quod in multis aliis locis Scripturarum Deus hoc futurum esse testatur. Cujusque vincula praecepta esse legalia non absurde sentimus. Nam eumdem contumacem populum et rebellem, propheta ita objurgat, et increpat, dicens: Vacca lasciviens Israel, confregisti jugum, rupisti vincula. Hunc igitur quasi onagrum, immundum videlicet animal ac effrene reliquit Dominus, ut ab eo jugo imperii sui, quia semper restitit obedire, a vinculis praeceptorum diaboli solveretur, et secundum Apostolum servus peccati, liber esset justitiae; sic enim ipse Dominus de Judaeis ait in psalmo: Disrumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum: ubi ipsa Trinitas Dei hoc dixisse videtur. Nam quemadmodum in Genesi in factura hominis pluraliter dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: ita et hic locutus est: Disrumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum. Quem locum Actus apostolorum ita se habere manifeste declarant: ubi apostoli ad Deum elevaverunt vocem suam atque dixerunt: Domine, tu qui fecisti coelum et terram, mare, et omnia quae in eis sunt, qui Spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Este discurso de Dios, pues, bajo la figura de las cabras monteses y de las íbices, describe a los apóstoles, como ya dije, y a los varones apostólicos, y a todos los doctores de la Iglesia, por cuya doctrina la Iglesia engendra para sí hijos espirituales. Y cada alma, concibiendo de la palabra de Dios, pare hijos de buenas obras, la cual sin embargo sea semejante a la cierva y a la íbice, para que habite en los montes y se críe en las peñas, y sea veloz y alegre para correr el camino del Señor. Saque también las serpientes de su tierra, y viva mucho tiempo, oyendo al profeta: "Se te añadirán años de tu vida". Para tales ciervas son los montes excelsos, que la voz del Señor promete por el profeta en el salmo, diciendo: "Sobre los montes estarán las aguas". Y luego: "Porque tú humillaste los montes", y entonces finalmente añadió: "Los montes excelsos para las ciervas". Los montes excelsos, como dijimos, son la eminencia y la altura de las Escrituras, en las cuales habitando los predicadores de la verdad, caminan también en la altura de la sabiduría y de la ciencia de Dios.

¿Quién dejó libre al onagro, y quién soltó sus vínculos?

En la cierva y la íbice mostramos antes que estaba la figura de la Iglesia. Pero ahora, bajo el nombre de onagro (onager), estimamos que puede entenderse el pueblo de los judíos, al cual Dios dejó por su incredulidad, como dice: "Y los dejó según los deseos de su corazón". Lo cual Dios atestigua en muchos otros lugares de las Escrituras que habría de ser así. Y sentimos que no absurdamente sus vínculos son los preceptos legales. Pues al mismo pueblo contumaz y rebelde, así lo reprende e increpa el profeta, diciendo: "Vaca lasciva Israel, rompiste el yugo, quebraste los vínculos". A este, pues, como onagro, animal ciertamente inmundo y desenfrenado, lo dejó el Señor, para que de aquel yugo de su imperio, porque siempre se resistió a obedecer, fuera soltado a los vínculos de los preceptos del diablo, y según el Apóstol, siendo siervo del pecado, fuera libre para la justicia; pues así el mismo Señor dice de los judíos en el salmo: "Rompamos sus vínculos, y proyectemos de nosotros su yugo", donde la misma Trinidad de Dios parece haber dicho esto. Pues del mismo modo que en el Génesis, en la hechura del hombre, Dios dijo en plural: "Hagamos al hombre a imagen y semejanza nuestra", así también habló aquí: "Rompamos sus vínculos, y proyectemos de nosotros su yugo". El lugar que los Hechos de los Apóstoles declaran manifiestamente que es así, donde los apóstoles elevaron su voz a Dios y dijeron: "Señor, tú que hiciste el cielo y la tierra, el mar y todas las cosas que hay en ellos, que por el Espíritu Santo, por boca de nuestro padre David tu siervo (puer), dijiste: ¿Por qué bramaron las gentes, y los pueblos meditaron cosas vanas? Se presentaron los reyes de la tierra, y los príncipes se reunieron en uno contra el Señor y contra su Cristo".

Ob hoc igitur scelus quod in Christo Filio Dei commissum est, ait Pater, qui in spiritu suo hoc futurum praedixerat, dicens: Disrumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum. Processit grande peccatum ac nefandum, quo Salvatorem crucifixerunt, ut merito ab eis vincula praeceptorum Dei disrumperentur, et ita legis jugum projiceretur. Quod autem jugum, et vincula eorum disrumpi oportuerit, ex eo intelligi datur, quod ad onagrum in solitudine remissum, sicut hunc Judaeorum populum intelligi diximus, dicit Dominus:

Cui dedit in solitudine domum.

Justos destitutos in solitudine, videlicet protectione defensionis meae habitare feci, sicut etiam postmodum ore prophetico locutus sum dicens: Fiat habitatio eorum deserta; et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Solitudo itaque factus est populus ille, et eremus, quia ablata lege, prophetia, sacerdotio, sacrificio quoque ac beneficiis divinis, gratiae etiam protectione privati ac destituti sunt.

Et tabernacula ejus in terra salsuginis.

Ut sine ulla spe promissionis Dei sterilis viveret, et infructuosus terram salsuginis dicitur accepisse: ubi praeter amaritudinem qua Deum provocaret ad iracundiam, nihil haberet. Sic namque alibi de Deo dicit propheta: Posuisti flumina in desertum, et exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea.

Contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit. Ecclesia est haec civitatis, quae constat ex multitudine innumerabilium populorum, de qua Dominus ait: Non potest civitas abscondi in monte posita. Hanc igitur quisque Judaeus despiciens, respuendo contemnit, clamorem etiam cujuslibet evangelizantis verbum Dei, et exigentis obedientiam fidei, non audit, id est, obedire detrectat. Ob hoc igitur, incrassatum est cor eorum, et oculos suos clauserunt, ut non videant oculis, et auribus non audiant, et corde intelligant.

Circumspicit montes pascuae suae, et virentia quaeque perquirit. Montes, superbos quosque doctores, scribas videlicet, et pharisaeos legis suae, quasi suspiciens, eisque honorem deferens, adulationis ambitu circumit: ab eis procul dubio, in quibus est doctrina hominum, non recedens, in quibus etiam montibus ubi se pascua carnalis legis habere gloriantur, virentia quaeque perquirit, quae ad delicias utique carnis, et sabbata delicata pertinent, et quae velut virescentis superficie legis historiis, nullum fructum habeant figurarum.

Por este crimen, pues, cometido contra Cristo Hijo de Dios, dice el Padre, que en su espíritu había predicho que esto sería así, diciendo: "Rompamos sus vínculos, y proyectemos de nosotros su yugo". Procedió un pecado grande y nefando por el cual crucificaron al Salvador, de modo que merecidamente fueran rotos por ellos los vínculos de los preceptos de Dios, y así fuera proyectado el yugo de la ley. Que convenía que su yugo y vínculos fueran rotos, se da a entender por el hecho de que, respecto al onagro remitido a la soledad, como dijimos que se entiende este pueblo de los judíos, dice el Señor:

Al cual dio casa en la soledad.

Hice habitar a los justos destituidos en la soledad, a saber, de la protección de mi defensa, como también hablé después por boca profética diciendo: "Sea su habitación desierta, y no haya en sus tabernáculos quien habite". Soledad, pues, se hizo aquel pueblo, y yermo, porque quitada la ley, la profecía, el sacerdocio, el sacrificio también y los beneficios divinos, fueron privados y destituidos también de la protección de la gracia.

Y sus tabernáculos en tierra de salinidad.

Para que viviera estéril e infructuoso, sin ninguna esperanza de la promesa de Dios, se dice que recibió tierra de salinidad: donde no tuviera nada fuera de la amargura con la que provocara a Dios a la ira. Pues así dice el profeta en otra parte acerca de Dios: "Pusiste los ríos en desierto, y las salidas de las aguas en sed. La tierra fructífera en salinidad por la malicia de los que habitan en ella".

Desprecia la multitud de la ciudad; no oye el clamor del exactor. Esta es la Iglesia de la ciudad, que consta de una multitud de innumerables pueblos, de la cual dice el Señor: "No puede ocultarse una ciudad puesta sobre un monte". Por tanto, cada judío, despreciando esta ciudad, la menosprecia al rechazarla; tampoco oye el clamor de cualquiera que evangelice la palabra de Dios y exija la obediencia de la fe, esto es, rehúsa obedecer. Por esto, pues, se ha endurecido el corazón de ellos, y cerraron sus ojos, para que no vean con los ojos, ni oigan con los oídos, ni entiendan con el corazón.

Rodea los montes de su pasto, y busca todo lo que está verde. Mirando hacia los montes, a saber, a cada uno de los soberbios doctores, escribas y fariseos de su ley, y difiriéndoles honor, los rodea con el afán de la adulación; no apartándose ciertamente de ellos en quienes está la doctrina de los hombres, en cuyos montes también, donde se jactan de tener los pastos de la ley carnal, busca todo lo que está verde, lo cual pertenece ciertamente a las delicias de la carne y a los sábados delicados, y las cuales, como por las historias de la superficie de la ley que verdea, no tienen ningún fruto de figuras.

Numquid volet rhinoceros servire tibi, aut morabitur ad praesepe tuum? Sive, ut alii dixerunt: Numquid volet monoceros servire tibi? Ex diversa editione transferentium advertimus, quod ipsum sit rhinoceros quod et monoceros, et Latine intelligatur unicornis, sive super nares cornu habens. Sunt ergo hujuscemodi ferae in solitudine Orientis, et ab hominibus nonnumquam videntur, sive capiuntur. Hic igitur monoceros, populi gentilis imaginem praefigurat; cujus etiam superbia significatur in cornu: sicut quibusdam peccatoribus, et superbis a Deo dicitur per prophetam: Dixi iniquis, Nolite inique agere; et delinquentibus, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum: quia veternosa atque antiqua in his, quos Deus increpat, superbia est. Secundam aliam editionem, in hoc eodem loco psalmi legimus: Nolite exaltare in excelsum cornu vestrum, loquentes in cervice veteri. In multis quoque aliis Scripturarum, cornu nuncupato, legimus superbiam nominari: licet et in bonam partem cornu soleat dici, ut est illud: Exaltabit cornu Christi sui. Nam et ipse Dominus Christus, propter singulare imperium suum, aliquando et unicornis dicitur. Legimus quoque cornua et regna dici, ut in Daniele et Apocalypsi continetur. Hic monoceros, qui per sapientiam mundialem tumore superbiae erat in sublime porrectus, numquid tibi subjicietur, ait Dominus ad Job, ut per fidem in sanctitate et justitia serviens, obedientiae colla submittat, et mansuetus effectus atque humilis, ad Dominicum praesepe recurrat, ac verbis Dei hominisque assumpti, sacris cibariis saturetur. Sive, numquid subjicietur, ut in Ecclesiae meae claustro habitet, quod erit viantibus stabulum, atque huic saeculo renuntiantibus salutare perfugium: ubi spiritualium ciborum alimoniis, institutionibus, et coelestibus pinguescat eloquiis, et impleatur in illo, quod erit per prophetam postea praedicendum: Agnovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui. In monocerote quippe hic nominato, sicut in propheta per asinum, immundus et incircumcisus significatus est populus omnium nationum.

Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, aut confringet glebas vallium post te.

Lorum hoc loco dictam ipsam charitatem Christi, quae est inter omnes virtutes praecipua, intelligere debemus, de qua ad diligentes atque amantes Deum, ait Apostolus, Copulati in charitate: cujus vinculis colligandos, propheta olim praedixerat, dicens ad Deum: Labor Aegypti, et negotiatio Aethiopiae, et Sabaim viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt, et post te ambulabunt: vincti manicis pergent. Et David quemadmodum charitatis Dei vinculis per ministros verbi Dei vinciendi essent credentes, ita loquitur, dicens: Ad alligandos reges eorum in vinculis ferreis.

¿Acaso querrá el rinoceronte servirte, o morará junto a tu pesebre? O, como dijeron otros: ¿Acaso querrá el monoceronte servirte? Por la diversa edición de los traductores advertimos que lo mismo es el rinoceronte que el monoceronte, y en latín se entiende como unicornio, o que tiene un cuerno sobre las narices. Hay, pues, fieras de esta clase en la soledad del Oriente, y a veces son vistas o capturadas por los hombres. Este monoceronte, pues, prefigura la imagen del pueblo gentil; cuya soberbia también se significa en el cuerno: como se dice por Dios a través del profeta a ciertos pecadores y soberbios: "Dije a los inicuos: No obréis inicuamente; y a los delincuentes: no exaltéis el cuerno". No ensalcéis en lo alto vuestro cuerno: porque la soberbia en aquellos a quienes Dios increpa es vieja y antigua. Según otra edición, leemos en este mismo lugar del salmo: "No exaltéis en lo alto vuestro cuerno, hablando con cerviz vieja". En muchos otros pasajes de las Escrituras, al mencionarse el cuerno, leemos que se nombra la soberbia; aunque también suele decirse el cuerno en buen sentido, como es aquello: "Exaltará el cuerno de su Cristo". Pues también el mismo Señor Cristo, por su imperio singular, a veces es llamado unicornio. Leemos también que los cuernos se llaman reinos, como se contiene en Daniel y el Apocalipsis. Este monoceronte, que por la sabiduría mundana estaba extendido a lo alto por la hinchazón de la soberbia, ¿acaso se te sujetará?, dice el Señor a Job, para que sirviendo por la fe en santidad y justicia, someta la cerviz de la obediencia, y hecho manso y humilde, recurra al pesebre del Señor, y se sature con los sagrados alimentos de las palabras de Dios y del hombre asumido? O, ¿acaso se sujetará para que habite en el claustro de mi Iglesia, que será establo para los caminantes y saludable refugio para los que renuncian a este mundo: donde engorde con los alimentos de las comidas espirituales, las instituciones y las elocuencias celestiales, y se cumpla en él lo que después había de predecirse por el profeta: "Conoció el buey a su poseedor, y el asno el pesebre de su señor". Ciertamente, en el monoceronte aquí nombrado, al igual que en el profeta por el asno, se significa el pueblo inmundo e incircunciso de todas las naciones.

¿Acaso atarás al rinoceronte con tu correa para arar, o quebrará los terrones de los valles tras de ti?

Por "correa" (lorum) en este lugar debemos entender la misma caridad de Cristo, que es la principal entre todas las virtudes, de la cual dice el Apóstol a los que cuidan y aman a Dios: "Unidos en la caridad"; en cuyos vínculos el profeta predijo antaño que habrían de ser ligados, diciendo a Dios: "El trabajo de Egipto, y la negociación de Etiopía, y los varones sublimes de Saba pasarán a ti, y serán tuyos, y caminarán tras de ti: irán atados con esposas". Y David habla del mismo modo sobre cómo los creyentes habrían de ser ligados por los vínculos de la caridad de Dios a través de los ministros de la palabra de Dios, diciendo: "Para atar a sus reyes en vínculos de hierro".

Quorum vinculorum nominibus, charitatis Christi fortitudinem voluit demonstrare, quae etiam fortis et potens in manicis ferreis, ad amorem Domini constringit. Hic ergo rhinoceros, id est, populus quondam incircumcisus, praeputio scilicet carnalium voluptatum, et infidelitate immundus, hoc loro charitatis Christi fortissimo alligatus, ita ut nulla eum creatura separare possit a Christo: conficit in corpore glebas convallium, duritiam scilicet peccatorum, et colit in corpore suo terram Dominicam, secundum Apostolum, qui ait: Non estis vestri. Et idcirco hic specialiter Domini est terra, in qua primitus fit omnium peccatorum quasi veprium spinarumque purgatio. Deinde aratro crucis, et ferro Dominicae passionis, duritia cordis atteritur, et confringuntur vallium glebae. Vallium nomine, humiliatos peccatis homines, atque in ima depressos significari existimo, sicut habemus in psalmo: Ascensus in corde suo disposuit in valle fletus. Unde et Isaias cum increpatione prophetaturus, contra Jerusalem peccatricem prophetiae suae hujuscemodi titulum praeposuit, dicens: Onus vallis visionis. Talium igitur vallium glebas monoceros comminuit, quando humiliati corporis terram edomat, et suscipiendis coelestium praeceptorum seminibus ac reddendis fructibus praeparat: quando cum Apostolo castigat corpus suum, et in servitutem redigit: quando omnem hebetudinem obstinati cordis, duramque stoliditatem a se auferre contendit, quod tamen efficere nequaquam poterit, ait Dominus, nisi rectorem et gubernatorem suum obedienter me fuerit secutus. Unde ait Dominus ad Job: aut confringet glebas vallium post te, sicut habemus in psalmo: Adhaesit anima mea post te. Et propheta de hujusmodi: Post te ambulabunt, inquit, vincti compedibus: ubi admiratione dignos video tales pedes, qui quanto magis compediti fuerint, tanto velocius sine offensione egrediuntur.

Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, et derelinques ei labores tuos? Numquid credes illi, quoniam sementem reddat tibi, et aream tuam congreget? Ego Dominus novi fortitudinem charitatis ejus, et patientiae ac longanimitatis, et idcirco dereliqui ei ad imitandum me omnes labores dispensationis meae, quos in me credendo intelliget, quia pro illo sustinui alapas, verbera ac sputa suscipiens, eidem laboravi: eique ad coelos revolans exempla laborum ac virtutum reliqui, cui quae credidi atque commisi, opitulante sibi gratia mea, reddat multiplex semen, et in area Ecclesiae meae germen tricesimum, sexagesimum, centesimumque fructificet, et aream tuam congreget: sicut apostoli, et post apostolos multi fecere doctorum.

Con los nombres de estos vínculos, quiso demostrar la fortaleza de la caridad de Cristo, la cual, siendo fuerte y potente aun en esposas de hierro, constriñe al amor del Señor. Este rinoceronte, pues, esto es, el pueblo que antes era incircunciso, a saber, en el prepucio de las delicias carnales, e inmundo por la infidelidad, ligado con esta correa fortísima de la caridad de Cristo, de modo que ninguna criatura pueda separarlo de Cristo: deshace en el cuerpo los terrones de los valles, a saber, la dureza de los pecados, y cultiva en su cuerpo la tierra del Señor, según el Apóstol, que dice: "No sois vuestros". Y por tanto esta es especialmente tierra del Señor, en la cual primeramente se hace como una purga de todos los pecados, como de zarzas y espinas. Después, con el arado de la cruz y el hierro de la pasión del Señor, se desgasta la dureza del corazón, y se quiebran los terrones de los valles. Con el nombre de "valles", juzgo que se significan los hombres humillados por los pecados y deprimidos hacia lo profundo, como tenemos en el salmo: "Dispuso las ascensiones en su corazón en el valle del llanto". De donde también Isaías, al ir a profetizar con increpación contra la Jerusalén pecadora, antepuso a su profecía este título: "La carga del valle de la visión". El monoceronte, pues, desmenuza los terrones de tales valles cuando doma la tierra del cuerpo humillado y la prepara para recibir las semillas de los preceptos celestiales y dar frutos: cuando con el Apóstol castiga su cuerpo y lo reduce a servidumbre: cuando se esfuerza por quitar de sí toda torpeza de corazón obstinado y dura estupidez, lo cual sin embargo de ningún modo podrá lograr, dice el Señor, si no me hubiera seguido obedientemente como su rector y gobernante. De donde dice el Señor a Job: "¿o quebrará los terrones de los valles tras de ti?", como tenemos en el salmo: "Mi alma se pegó tras de ti". Y el profeta dice de tales: "Tras de ti caminarán", dice, "atados con grillos", donde veo tales pies dignos de admiración, que cuanto más encadenados estén, tanto más velozmente salen sin tropiezo.

¿Acaso tendrás confianza en su gran fortaleza, y le dejarás tus trabajos? ¿Acaso le creerás que te devuelva la semilla, y congregue tu era? Yo el Señor conozco la fortaleza de su caridad, y de su paciencia y longanimidad, y por eso le dejé para que me imitara todos los trabajos de mi dispensación, los cuales entenderá creyendo en mí, porque por él sostuve bofetadas, recibiendo azotes y salivazos, y trabajé para él: y volando de nuevo a los cielos le dejé ejemplos de trabajos y virtudes, a quien lo que creí y encomendé, ayudándole mi gracia, devuelva múltiple semilla, y en la era de mi Iglesia el germen fructifique al treinta, al sesenta y al ciento por uno, y congregue tu era: como los apóstoles, y después de los apóstoles hicieron muchos de los doctores.

Penna struthionis, similis est pennis herodii et accipitris. Herodiorum genera tria esse dicuntur, unum horum album esse colore quidam ferunt, aliud vero quasi gruis quibusdam diversis coloribus varium, tertium quoque genus nigrum affirmant, quod sit non solum velox, et saevum ad praedam: verum etiam in coitu impatientissimum, intantum ut in tempore coitus ex oculis ejus sanguis ebulliat. Herodius in psalmo centesimo tertio ita nominatur: Herodii domus dux est eorum, cum de lignis Domini propheta tropicos loquitur. In Deuteronomio quoque et in Levitico, ubi ne aves immundae in cibum sumantur Moyses prohibet, et haec similiter ponitur. Accipitrum etiam aliquot sunt formae, vel genera. His ergo rapacissimis avibus, venatu et praeda viventibus, in pennis struthio comparatur, sicut et alii dixerunt: Struthio mixta, et alis herodionis et accipitris.

Igitur struthionem secundum spiritualem intelligentiam sensusque divinos, Ecclesiam non absurde sentimus, quae per lavacrum regenerationis, et verbum munda in Christo effecta est, qui similem quidem pennam habet pennis avium, quae carnibus vescuntur et sanguine. Sed illae remigio alarum in hoc aere velut in pelago id agunt, ut de caeteris avibus praedam capiant. Unde sub hac figura inimici nostri spirituales intelliguntur. Struthio vero longe dissimili modo pennis suis utitur: eo quod eas velut per fidem, et speciem duorum testamentorum gubernaculis vivens habitantem extendat.

Haec avis, ait Dominus ad Job:

Quando dereliquit ova sua in terra, tu forsitan in pulvere calefacies ea? Ova sive filios, ut in subsequentibus dicitur, novam creaturam atque in Christo generatam, et candidam progeniem sanctae Ecclesiae intelligere debemus. Sed in ovis illos esse noverimus, qui doctrina quotidiana, quasi fetus quidam Ecclesiae matris nutriuntur, ut quandoque de initiorum frugalitate, et imperfectione procedentes, ad ultimum testa virtutum, veluti distinctis atque formatis membrorum compagibus, existant, cum ex tenebris vitiorum hoc modo facti fuerint lux in Domino, proficientes quotidie ad aetatum morumque soliditatem. Audiant prophetam de ipsis dicentem: Dies formabuntur, et nemo in eis, id est, nullum in eis vitium dominabitur, quo impugnante vincantur. Filios vero intelligamus jam solito robustiores, fide ac virtutibus compositos, atque formatos per incrementa virtutum, tamquam per annorum seriem jam de omni infirmitate vitae incompositae nihil habentes. Hi igitur, sicut ait Dominus, in terra ab Ecclesia relinquuntur, quando persecutionem ab impiis, et terrena sapientibus patiuntur. Relinquere enim eos Ecclesia dicitur, dum adversantibus non resistit: quos Dominus fervore fidei et patientia duros, atque in illo igne quem misit in terram, et in pulverem fragilis carnis eorum fortissimos facit.

La pluma del avestruz es semejante a las plumas de la garza y del halcón. Se dice que hay tres géneros de garzas: algunos refieren que uno de ellos es de color blanco, otro en cambio es variado con diversos colores como el de la grulla, y afirman que hay un tercer género negro, que no solo es veloz y feroz para la presa, sino también impacientísimo en el coito, hasta tal punto que en el tiempo del coito brota sangre de sus ojos. La garza (herodius) se nombra así en el salmo ciento tres: "La casa de la garza es el guía de ellos", cuando el profeta habla figuradamente sobre los leños del Señor. También en el Deuteronomio y en el Levítico, donde Moisés prohíbe que las aves inmundas sean tomadas como alimento, se pone esta de igual manera. También hay algunas formas o géneros de halcones. Con estas aves rapacísimas, que viven de la caza y la presa, se compara al avestruz en sus plumas, como también dijeron otros: "El avestruz es mixta, con alas de garza y de halcón".

Por tanto, respecto al avestruz según la inteligencia espiritual y los sentidos divinos, no absurdamente percibimos a la Iglesia, que por el lavacro de la regeneración y la palabra ha sido hecha limpia en Cristo, la cual ciertamente tiene una pluma semejante a las plumas de las aves que se alimentan de carne y sangre. Pero aquellas aves, con el remo de sus alas en este aire como en un mar, actúan para capturar presas de las otras aves. De donde bajo esta figura se entienden nuestros enemigos espirituales. El avestruz, en cambio, usa sus alas de un modo muy diferente: porque las extiende, viviendo como por la fe y la forma de los dos testamentos, que son los gobernalles de su morada.

Esta ave, dice el Señor a Job:

Cuando dejó sus huevos en la tierra, ¿acaso tú los calentarás en el polvo? Por huevos o hijos, como se dice en lo que sigue, debemos entender la nueva criatura engendrada en Cristo, y la blanca progenie de la santa Iglesia. Pero sepamos que están en los huevos aquellos que son nutridos por la doctrina cotidiana, como ciertos fetos de la madre Iglesia, para que, procediendo alguna vez de la parquedad de los inicios y de la imperfección, existan finalmente bajo la cáscara de las virtudes, como con coyunturas de miembros distintas y formadas, cuando de las tinieblas de los vicios hayan sido hechos de este modo luz en el Señor, progresando diariamente hacia la solidez de las edades y las costumbres. Oigan al profeta diciendo sobre ellos: "Se formarán los días, y nadie en ellos", esto es, ningún vicio dominará en ellos por el cual sean vencidos al ser impugnados. Entendamos por hijos a los que ya son más robustos de lo acostumbrado, compuestos en la fe y las virtudes, y formados por los incrementos de las virtudes, como por una serie de años, no teniendo ya nada de toda la enfermedad de una vida descompuesta. Estos, pues, como dice el Señor, son dejados en la tierra por la Iglesia cuando sufren persecución de los impíos y de los que saborean las cosas terrenas. Pues se dice que la Iglesia los deja mientras no resiste a los que se oponen: a quienes el Señor hace duros por el fervor de la fe y la paciencia, y fortísimos en aquel fuego que envió a la tierra, y en el polvo de su carne frágil.

Obliviscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.

Obliviscitur Ecclesia natos suos, dum eis pressurarum molestias, adversarios inferre non prohibet. Hoc loco differentiam puto esse tribulationum propter illud quod dixit, pes conculcet, et illud quod ait, et bestiae agri conterant. Et hoc sit contritio bestiarum, quando aperte truces, saevi et immanitate morum crudelitate similes bestiarum, Christum confitentes usque ad atrocitatem mortis affligunt. Pes vero conculcationis sit hujuscemodi tribulatio, quando opprobriis, et nimio contemptu iniquorum sancti usquequaque humiliantur, velut quadam conculcatione protriti.

Duratur ad filios suos, quasi non sint sui: frustra laboravit, nullo timore cogente. Praesentibus filiorum suorum tribulationibus, Ecclesia dura et impia videtur, quoniam non ingemiscit, et plangit angustias interitumque natorum. In cujus figuram, sancta mater Machabaeorum super filiorum suorum cruciatibus exsultabat: videbat quippe in spiritu, sicut et hic sancta mater Ecclesia per fidem quotidie contemplatur, quantam gloriam in aeternum pariant poenae praesentes, professione veritatis acceptae. Et idcirco quod sequitur, frustra laboravit, nullo timore cogente, Ecclesiam signat, quae filios suos ad tentationem, et saeculi hujus molestias praeparat, sperans utique a Deo pro his malis temporariis, filiorum suorum gloriam, et incorruptionis beatitudinem sempiternam. Aliter, sed et si doluisset pro filiis consecratis, frustra doluisset, quia non habebat timendi causas, quando eos non perdidit, sed acquisivit.

Privavit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Sapientia atque intelligentia mundi hujus privata est a Deo Ecclesia; nam et Apostolus hoc fieri praecipit, dicens: Qui vult sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens: quia sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum.

Cum tempus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum et ascensorem ejus. Cum ingruerit, ait, molestior et nimium acerba afflictio persequentis, ibi major ad Deum de afflictione obsecrantis affectus, dum quodammodo excitatur, et humiliatus erigitur intentione vigilantissima deprecandi in excelsum alacri nisu, fidem suam et spem, velut pennas in adjutorio gratiae Dei fultas suffert, et cum talium alarum sustentata fuerit auxilio, gressus profecto ejus velociores efficiuntur et conciti: ita ut insequentes se derideat inimicos, id est, equum et equitem, quod est diabolum et hominem ministrum inimici, qui in perpetrandas contra Ecclesiam persecutiones, sedet in quolibet equo suo, in corde videlicet hominis persequentis.

Olvida que un pie pueda pisotearlos, o que una bestia del campo los quebrante.

Olvida la Iglesia a sus hijos mientras no prohíbe a los adversarios inferirles las molestias de las presiones. En este lugar pienso que hay una diferencia de tribulaciones por aquello que dijo, "el pie pisotee", y aquello que dijo, "y las bestias del campo quebranten". Y sea esto el quebranto de las bestias cuando, abiertamente truculentos, feroces y semejantes a las bestias en la inmanidad y crueldad de las costumbres, afligen a los que confiesan a Cristo hasta la atrocidad de la muerte. Pero sea el pie del pisoteo una tribulación de esta clase: cuando por los oprobios y el excesivo desprecio de los inicuos los santos son humillados por todas partes, como desgastados por un cierto pisoteo.

Se endurece con sus hijos, como si no fueran suyos: trabajó en vano, sin que ningún temor la obligara. Ante las presentes tribulaciones de sus hijos, la Iglesia parece dura e impía, ya que no gime ni llora las angustias y la destrucción de sus nacidos. En cuya figura, la santa madre de los Macabeos se regocijaba sobre los tormentos de sus hijos: pues veía en espíritu, como también aquí la santa madre Iglesia contempla diariamente por la fe, cuánta gloria para la eternidad producen las penas presentes por la profesión de la verdad aceptada. Y por tanto, lo que sigue, "trabajó en vano, sin que ningún temor la obligara", significa a la Iglesia, que prepara a sus hijos para la tentación y las molestias de este mundo, esperando ciertamente de Dios por estos males temporales la gloria de sus hijos y la eterna bienaventuranza de la incorrupción. De otro modo, aun si hubiera dolido por los hijos consagrados, habría dolido en vano, porque no tenía causas de temer, cuando no los perdió, sino que los adquirió.

Pues Dios la privó de sabiduría, ni le dio inteligencia. La Iglesia está privada de la sabiduría e inteligencia de este mundo por Dios; pues también el Apóstol manda que esto se haga, diciendo: "El que quiera ser sabio, hágase necio para que sea sabio: porque la sabiduría de este mundo es necedad ante Dios".

Cuando sea el tiempo, levanta sus alas a lo alto; se ríe del caballo y de su jinete. Cuando irrumpa, dice, la aflicción más molesta y excesivamente acerba del perseguidor, allí es mayor hacia Dios el afecto del que suplica por la aflicción, mientras en cierto modo se excita, y humillado se levanta con vigilancia atentísima de orar en lo alto con alacre esfuerzo; lleva su fe y su esperanza, como alas apoyadas en el auxilio de la gracia de Dios, y cuando haya sido sustentada por el auxilio de tales alas, sus pasos se hacen ciertamente más veloces y rápidos: de modo que se ríe de los enemigos que la persiguen, esto es, del caballo y del jinete, que es el diablo y el hombre ministro del enemigo, quien para perpetrar persecuciones contra la Iglesia, se sienta en cualquier caballo suyo, a saber, en el corazón del hombre perseguidor.

Numquid praebebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum? Hunc equum adversariam potestatem arbitror posse intelligi, qui sit pallidus, ut in Apocalypsi scribitur, quem sequitur mors et inferus. Et qui in Zacharia propheta dicitur rubeus, mortibus videlicet hominum, et cruore respersus. Proinde dum permittitur praeberi ei a Deo, dicitur fortitudo, et circumdari collo ejus hinnitus, ut per patientiam, et bonitatem Dei, thesaurizet sibi iram in die irae, et revelationis justi judicis Dei. Et idcirco in collo ejus significatur hinnitus superbiae, quo tumeat contra Deum, et blasphemiam loquatur. Numquid suscitabis eum quasi locustas? More locustarum, adversarius noster dicitur suscitari, quando de locis suis ad partiendas regiones, atque vastandas praeire dicitur, sicut ait de Deo psalmista: Dixit, et venit locusta. Sed hanc suscitationem, instantiam efficiendi operis esse arbitror. Unde dicitur ad Pharaonem: In hoc ipsum te excitavi, ut ostendam in te virtutem meam, et annuntietur nomen meum in universa terra. Gloria narium ejus terror. Sive ut alii dixerunt: Gloria pectora ejus audacia. Ut inimicus in fugam vertat adversarium suum, militem scilicet Christi, ipso etiam anhelitu terret: hic est odor mortis, hic est spiritus furibundus anhelans in hominis necem, retrorsum respicit, qui iterum ad peccata convertitur, sive tribulationibus cedit, ut in Evangelio Dominus per parabolam edisserit. Terram ungula fodit. Sive, ut alii dixerunt: fodiens in campo luxuriat, id est, carnales homines, et terrena sapientes conculcat, et proterit, et cum eos humiliaverit, sibique subdiderit, facit eos ea contritione contritos, qualis est contritio, et infelicitas in viis hominum impiorum. In hujuscemodi igitur latitudine vitiorum, velut in campo luxurians, fodit ad subtrahenda hominibus fundamenta virtutum, ut in ruinam subducta soliditate procumbant.

Exsultat audacter.

Gaudet superbus praesumptionis audacia, quoadusque perniciose contra homines pugnat.

In occursum pergit armatis. Quae sint arma sanctorum contra spiritualia nequitiae, Apostolus diligenter enarrat. Contra hos igitur hujusmodi armis indutus, in occursum pergere dicitur, quando arcem mentis expugnare moliens, adversum murum virtutum, arietes abjicit vitiorum, et ad tentandum Dominum, ausus fuit in occursum ejus venire in eremo, et per singulas civitates apostolis Christum praedicantibus occurrebat, quando eis commotiones seditionum populi suscitabat, sicut etiam in Actibus apostolorum legimus. Unde et ad quosdam Paulus ait: Ostium mihi apertum est magnum, et evidens, sed adversarii multi. Et multis aliis locis de hac adversantium impugnatione non tacet, quas diabolus immittebat.

¿Acaso darás tú fortaleza al caballo, o rodearás su cuello de relincho? Este caballo, juzgo que puede entenderse como la potestad adversaria, que es pálido, como se escribe en el Apocalipsis, a quien sigue la muerte y el infierno. Y el que en el profeta Zacarías se llama rojo, a saber, salpicado por las muertes de los hombres y por el cruor. Por consiguiente, mientras se permite que le sea dada por Dios, se dice fortaleza, y que se rodee su cuello de relincho, para que por la paciencia y bondad de Dios, atesore para sí ira en el día de la ira y de la revelación del justo juicio de Dios. Y por tanto en su cuello se significa el relincho de la soberbia, con el que se hinche contra Dios y habla blasfemia. ¿Acaso lo suscitarás tú como a las langostas? Al modo de las langostas, se dice que nuestro adversario es suscitado cuando se dice que sale de sus lugares para repartir y devastar regiones, como dice el salmista sobre Dios: "Dijo, y vino la langosta". Pero esta suscitación, juzgo que es la instancia de efectuar una obra. De donde se dice a Faraón: "Para esto mismo te he excitado, para mostrar en ti mi virtud, y que sea anunciado mi nombre en toda la tierra". La gloria de sus narices es terror. O como dijeron otros: La gloria de su pecho es audacia. Para que el enemigo ponga en fuga a su adversario, a saber, al soldado de Cristo, lo aterra con su mismo aliento: este es el olor de la muerte, este es el espíritu furibundo que anhela la muerte del hombre; mira hacia atrás el que vuelve de nuevo a los pecados, o cede a las tribulaciones, como el Señor explica por parábola en el Evangelio. Cava la tierra con la pezuña. O, como dijeron otros: cavando en el campo se entrega al deleite, esto es, pisotea y desgasta a los hombres carnales y a los que saborean las cosas terrenas, y cuando los haya humillado y sometido a sí mismo, los hace quebrantados por ese quebranto, tal como es el quebranto e infelicidad en los caminos de los hombres impíos. En esta clase de latitud de los vicios, pues, como deleitándose en un campo, cava para sustraer a los hombres los fundamentos de las virtudes, para que al ser retirada la solidez caigan en la ruina.

Se regocija audazmente.

Se alegra el soberbio por la audacia de la presunción, mientras combate perniciosamente contra los hombres.

Va al encuentro de los hombres armados. Cuáles sean las armas de los santos contra las maldades espirituales, el Apóstol lo relata diligentemente. Contra estos, pues, revestido con tales armas, se dice que va al encuentro, cuando esforzándose por capturar la ciudadela de la mente, contra el muro de las virtudes, lanza los arietes de los vicios, y para tentar al Señor, se atrevió a venir al encuentro de Él en el desierto, y en cada ciudad salía al paso a los apóstoles que predicaban a Cristo, cuando les suscitaba las conmociones de las sediciones del pueblo, como también leemos en los Hechos de los apóstoles. De donde también Pablo dice a algunos: "Se me ha abierto una puerta grande y evidente, pero los adversarios son muchos". Y en muchos otros lugares no calla sobre esta impugnación de los adversarios, que el diablo enviaba.

Contemnit pavorem, nec cedit gladio. Quod ad imperium, et invocationem Dei, diabolus effugetur, manifestum est; sed si ad contumaciam, et voluntatem illius iniquissimam, ac procaciter impudentissimam attendamus, intrepidus non terretur, non erubescit etiamsi gladio ferri Dei territus fuerit et fugatus, et revertitur iterum, nec confutatus abscedit.

Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta, et clypeus. Cur habet pharetram inimicus? ut videlicet sedentes in ea Judaei, gentiles, haeretici, in quibus sunt sagittae mortis, errorum scilicet lethalia dogmata, sagittent in obscuro rectos corde. Habet hastam unde criminibus caeterisque vitiis confodiat peccatores, sagittas, subtiliores dolos, hastam, delicta trabalia atque mortifera. Habet clypeum, quo malitiae plenitudine, totum militum suorum occupat pectus, quo ne telis verborum Dei compungantur, excutit ea, frustratur, expalmat: ex quo equo transfigurato in angelum lucis, splendore quodam terribili, vibrant hasta et clypeus, et mendacii eloquio abruptae haereticorum resonant pravitates, et hic propter indesinentem intensionem usumque blandiendi vibrare dicuntur.

Fervens et fremens sorbet terram. Fervens est vitiis diabolus, inimicus sanctorum, et omnium criminum igne conflagrans, atque in hominem furore invidiae fremens, ut jam sorbeat illecebris peccatorem, et devoratum in corpus perditae congregationis suae transferat, quo corpore propheta dixit se forte absorbendum, nisi Dominus essent in eo: ita inquiens: Nisi Dominus esset in nobis, forte vivos absorbuissent nos. Hic ergo contrarius noster ipse est, cui Deus locutus est, dicens: Terram manducabis omnibus diebus vitae tuae. Et idcirco ipse et socii ejus, ut inimici Domini, terram lingent. Nec reputat tubae sonare clangorem. Id est, prophetarum, et apostolorum increpationem audire detrectat, quibus dicitur: Sicut tuba exalta vocem tuam: sed magis saeviens, unde verus Pharao dicit: Persequens comprehendam, departibor spolia, et caetera. In his locis de quibus diximus, alii transtulerunt: Super ipsum enim gaudet arcus et gladius, lancea, hasta, et tremore et iracundia evertit terram: nec credit, donec clanguerit buccina: ubi eumdem sensum existimo contineri, secundum quem nos exposuimus. In arcu, et gladio, et caeteris armis inimici, omnes adinventiones ejus intelligendae sunt, quae in eo gaudeant cum his modis, quasi armis interficiunt hominem.

Desprecia el pavor, ni cede a la espada. Que por el imperio e invocación de Dios, el diablo sea puesto en fuga, es manifiesto; pero si atendemos a su contumacia y voluntad iniquísima, y provocadoramente impudentísima, no se aterra intrépido; no se avergüenza aunque haya sido aterrado y puesto en fuga por la espada del hierro de Dios, y vuelve de nuevo, ni se retira confutado.

Fortitudo ejus in lumbis ejus, et virtus illius in umbilico ventris ejus. In lumbis et umbilicis, ventris voluptas, vel carnis luxuria intelligitur, quae membris genitalibus post primi hominis lapsum inserta est, ut supra modum legis naturalis illa membra, et quando non vult homo, incentivis libidinis titillentur: et ita voluptatum sectatores, diabolo fortitudinem propriis vitiis ministrantes, de parte illius et consortes efficiuntur, ut sint membra ejus, quorum tamquam corporis sui ipse est caput.

Constringit caudam suam quasi cedrus. Hoc mihi dicere videtur, quod nec in novissimis suis, quae in cauda significantur, sit ad Deum reversurus, quod est, numquam pro tyrannide sua superbus et impius poenitebit; sed exaltatus ut cedrus, voce Domini juste judicantis est confringendus, et comminuendus. Constringitur enim ligno durissimo comparatus: duritia scilicet cordis: ne intelligat, stultus efficitur; et excaecatus, ne videat usque in finem. Sive constringit caudam suam ita sentitur: Propheta fallaciter loquitur: mendacium cauda est secundum sanctorum prophetarum auctoritatem. Hos igitur Behemot tamquam inimicos, tamquam socios et ministros suos in copulam unitate sibi conspirationis astringit, de quibus antiqui dixerunt interpretes, erexit caudam suam ut cypressum, ubi elationem mentis eorum in excelsum significaverunt, hanc arborem nominando, quae sub uno stipite, procero fastigio in altum porrigitur.

He aquí que sepas esto mismo, que al diablo fuerte, y a tu poderosísimo enemigo, a quien por el imánisimo furor de su alma fiera, llamé Behemot con nombre de bestia salvaje, haré que coma heno contigo como un buey, animal ciertamente manso, no carnes como un león. Porque cuando se comen las carnes, no sucede sin la muerte del que vive. Pero acerca de ti no es así como ya dije, a quien por mandato de mi poder, prescribí de este modo, diciendo: He aquí que en tu mano está el vivir, guarda su alma. Pues los doctores de la Iglesia, que trataron las letras hebreas, interpretaron Behemot al latín casi como "muchos" (quasi plures). Por tanto, el diablo enemigo con todo el cuerpo de sus satélites es descrito en este lugar por Dios. Al cual, por la pluralidad de su nombre, los antiguos lo interpretaron así: Pero he aquí las bestias que hice contigo, comen heno como un buey; es decir, y esto fue hecho por la potencia de mi diestra, para que recibieran en su poder para ser devoradas tu sustancia y facultades, que por las riquezas de tu preciosa mente se comparan con el heno. Y por eso te quitó todas las cosas viles y temporales, que están significadas por el nombre de heno: no las que son grandes y grandiosas, esto es, los ornamentos del alma, de los cuales si fueras despojado te oprimiría la ruina de la blasfemia, por cuyo pecado todo el hombre es devorado por el diablo. Así, pues, dice Dios de él.

Su fortaleza está en sus lomos, y su virtud en el ombligo de su vientre. En los lomos y ombligos se entiende el deleite del vientre, o la lujuria de la carne, que fue insertada en los miembros genitales tras la caída del primer hombre, de modo que más allá de la medida de la ley natural esos miembros, aun cuando el hombre no lo quiera, son estimulados por los incentivos de la líbido: y así los seguidores de los placeres, suministrando fortaleza al diablo con sus propios vicios, se hacen partícipes y consortes de su parte, de modo que son sus miembros, de los cuales como de su propio cuerpo él mismo es la cabeza.

Encoge su cola como un cedro. Esto me parece decir que ni en sus últimas cosas, que se significan en la cola, ha de volver a Dios, lo cual es que nunca se arrepentirá de su soberbia e impiedad por su tiranía; sino que, exaltado como un cedro, ha de ser quebrantado y desmenuzado por la voz del Señor que juzga justamente. Pues es encogido al ser comparado con la madera más dura: a saber, por la dureza de corazón: para que no entienda, se hace necio; y cegado, para que no vea hasta el fin. O bien «encoge su cola» se siente así: el Profeta habla falazmente: la mentira es la cola según la autoridad de los santos profetas. A estos Behemot, pues, como enemigos, como sus socios y ministros, los ata a sí en un vínculo por la unidad de la conspiración, de quienes los antiguos intérpretes dijeron: «erigió su cola como un ciprés», donde significaron la elación de la mente de ellos hacia lo alto, nombrando este árbol, que bajo un solo tronco, con una alta cima se extiende hacia lo alto.

Nervi testiculorum ejus perplexi sunt. In nervis, vincula quaedam fortissima ac illecebrosa voluptatum quibus homines carnales implicat, dicere videtur mihi, de quibus vitiis et propheta culpans homines inter caetera ait, ita dicens: Declinantes autem ad obligationes: ubi simpliciter pene inexstinguibilem voluptatem in membris humanis a propheta significari puto, cui voluptati caro nostra captiva succumberet, nisi juxta Apostolum Dei gratia subveniret.

Ossa ejus velut fistulae aeris, cartilago illius quasi laminae ferreae. His membrorum nominibus indicatur, quod diabolus cum suis durus sit, rigidus, pertinax et inflexibilis. In ossibus namque et cartilagine, intus et foris, in cogitatione videlicet et opere, perfecta ejus demonstratur malitia. Quod autem dictum est, cartilago ejus quasi laminae ferreae, alii dixerunt, Spinae ejus ferrum est fusile: ut intelligatur, quia numquam se diabolus per poenitentiam Deo humiliaverit.

Ipse est principium viarum Dei. Qui fecit eum, applicabit gladium ejus. Hoc in loco hic esse mihi videtur sensus, quod ad vias Dei ambulandas, et per obedientiam praecepta Dominica observanda, hic inter caeteras creaturas primus a Deo sit conditus, et inde dictum sit, ipse principium est viarum Domini. Nam in Ezechiele propheta in capite lapidum ignitorum refertur, quod primus fuerit omnium angelorum, et corona in manu Domini. Sive ita dici potest, ut in illa aeternitate sua Deus semper manens, quasi egressus in facturam creaturarum videtur, et hae sint viae ejus, ut invisibilia ex visibilibus apparerent. Sive unaquaeque creatura via Dei est, per quam ad Dei itur cognitionem, dum cognita ab eo cognoscitur. Sive viae Dei illae sunt, quando cuilibet creaturae rationabili, Deus quasi ad eam veniens innotescit. Proinde hic Behemoth principium viarum Dei dicitur, eo quod primus factus, Dei sui cognitionem a quo conditus est accepit. Dominus autem Christus in principio viarum Dei creatus refertur, ut a reconciliando mundum per sanguinem suum, viam mandatorum patris quasi opera ejus graderetur, quod in principio praedicationis Evangelii demonstravit. Quod autem Dominus ait: Qui fecit eum, applicabit gladium ejus, id est, qui fecit Behemoth, applicabit ei gladium ipsius, id est, malo quo alios interemit ipse punietur, sicut et de ejus similibus Spiritus sanctus in psalmo locutus est: Gladium evaginaverunt peccatores, et; Gladius eorum intret in cor eorum. Notanda tamen est in hoc loco commutatio personarum.

Los nervios de sus testículos están entrelazados. En los nervios, me parece que habla de ciertos vínculos fortísimos y seductores de los placeres con los que implica a los hombres carnales, de cuyos vicios también el profeta, culpando a los hombres entre otras cosas, dice así: «Pero los que se desvían hacia las obligaciones»: donde pienso que por el profeta se significa simplemente un placer casi inextinguible en los miembros humanos, a cuyo placer nuestra carne sucumbiría cautiva, si no acudiera la gracia de Dios según el Apóstol.

Sus huesos como tubos de bronce, su cartílago como láminas de hierro. Con estos nombres de los miembros se indica que el diablo con los suyos es duro, rígido, pertinaz e inflexible. Pues en los huesos y en el cartílago, por dentro y por fuera, a saber, en el pensamiento y en la obra, se demuestra su perfecta malicia. En cuanto a lo que se dijo, su cartílago como láminas de hierro, otros dijeron: «Sus espinas son hierro fundido»: para que se entienda que el diablo nunca se humilló ante Dios por la penitencia.

Él es el principio de los caminos de Dios. El que lo hizo aplicará su espada. En este lugar me parece que el sentido es este: que para andar por los caminos de Dios y observar los preceptos dominicos mediante la obediencia, este fue el primero en ser creado por Dios entre las demás criaturas, y de ahí se dijo que él es el principio de los caminos del Señor. Pues en el profeta Ezequiel, en el capítulo de las piedras ardientes, se refiere que fue el primero de todos los ángeles y una corona en la mano del Señor. O bien puede decirse así: que permaneciendo Dios siempre en su eternidad, se ve como habiendo salido hacia la hechura de las criaturas, y estos son sus caminos, para que lo invisible se manifestara por lo visible. O bien cada criatura es un camino de Dios, por el cual se va al conocimiento de Dios, mientras que lo conocido por él es conocido. O bien los caminos de Dios son aquellos cuando Dios, como viniendo a cualquier criatura racional, se da a conocer a ella. Por tanto, este Behemot es llamado principio de los caminos de Dios, por el hecho de que, habiendo sido hecho primero, recibió el conocimiento de su Dios por quien fue creado. Pero el Señor Cristo se refiere como habiendo sido creado en el principio de los caminos de Dios, para que, al reconciliar al mundo por su sangre, caminara por el camino de los mandatos del Padre como sus obras, lo cual demostró en el principio de la predicación del Evangelio. En cuanto a lo que dice el Señor: «El que lo hizo aplicará su espada», es decir, el que hizo a Behemot le aplicará su espada, esto es, será castigado con el mal con que mató a otros, como también el Espíritu Santo habló de sus semejantes en el salmo: «Los pecadores desenvainaron la espada», y: «Su espada entre en su corazón». Sin embargo, debe notarse en este lugar el cambio de personas.

Nam et superius Dominus ait, quod Behemoth bestiam ipse fecerit, et nunc dicit quod alius eum creaverit, ita dicendo: Ipse est principium viarum Dei, qui fecit omnia: quod ita exponi potest, quia Pater in Filio omnia fecit, sicut Propheta ait ad Deum: Omnia in sapientia fecisti. Alii dixerunt: Ipse est initium figmenti Domini: quod illudatur ab angelis ejus, id est, sanctis. Ab his ergo illuditur, quando per gratiam sancti Spiritus, et meritum sanctitatis eis subditur.

Huic montes herbas ferunt. Omnes bestiae agri ludent ibi. Hi montes in climate aquilonis constituti sunt, ubi superbus diabolus sedere se dicit, inquiens: Ascendam super altitudinem nubium, ero similis Altissimo. Quos montes, superbos quosque et nimium elatos homines, ac tumorem cordis illius imitantes, non absurde sentimus. In his igitur habitans, temporariam jucunditatem, quae herbarum vocabulo appellata est, in eis depascitur, et in malo virentis ac vigentis in eis voluptatis noxiae delectatur, in quibus etiam montibus omnes bestiae agri ludunt. Bestiae istae socii sunt et ministri diaboli: de quibus ait propheta, orans ad Deum: Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. Ager vero hic mundus est, secundum auctoritatem Domini, qua dicit in Evangelio: Ager autem est hic mundus. In talibus igitur montibus, qui herbas luxuriae, non arbores fructiferas ferunt, hae bestiae, adversariae videlicet potestates, non habentes rigorem virtutum, ludunt fluxu lasciviaque vitiorum, et in omnibus eorum montibus, in sceleribus ac nefandis criminibus videlicet gloriantur. Alii de hoc loco dixerunt: Ascenderunt in montem praeruptum: fecit gaudium quadrupedibus in tartaro. Montem praeruptum ipsius superbiae diabolicae verticem significatum puto, in quem nimium se extulerit, ita ut de eo usque in ima caderent inferorum. Fecit ergo gaudium, id est, dedit consolationem, vel his qui superbiae ejus consentientes, de coelis ejecti sunt tartaris deputandi, vel his peccatoribus, qui per eum in profunda inferi corruerunt, sub quorum persona ad ipsum daemonum principem ita sermo propheticus loquitur: Et tu vulneratus es sicut et nos, nostrisque similis factus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum: fecit gaudium quadrupedibus, ut dictum est, id est, peccatoribus, qui in terram proni seu vergentes in tartara, coelum suspicere non possunt.

Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Quod umbrae corporum sint, nemo dubitat: sed umbra in Scripturis divinis aliquando requies, et refrigerium intelligitur, aliquando poenae. Unde dicitur, umbra mortis. Aliquando umbrae, peccata esse referuntur, quae tamquam umbra corpori, ita morti vicina sint. In peccatis ergo diabolus habitat, et requiescit in secreto cogitationum, sive etiam lumborum: unde et loca humentia appellantur.

Pues tanto arriba el Señor dice que él mismo hizo la bestia Behemot, y ahora dice que otro lo creó, diciendo así: Él es el principio de los caminos de Dios, que hizo todas las cosas: lo cual puede exponerse así, porque el Padre en el Hijo hizo todas las cosas, como dice el Profeta a Dios: «Todo lo hiciste con sabiduría». Otros dijeron: «Él es el inicio de la ficción del Señor»: para que sea burlado por sus ángeles, esto es, los santos. Por estos, pues, es burlado, cuando por la gracia del Espíritu Santo y el mérito de la santidad les es sometido.

Para él los montes producen hierbas. Todas las bestias del campo jugarán allí. Estos montes están situados en el clima del norte, donde el soberbio diablo dice que se sienta, diciendo: Subiré sobre la altura de las nubes, seré semejante al Altísimo. A estos montes, los sentimos no absurdamente como cualesquiera hombres soberbios y demasiado elatados, y que imitan el tumor de su corazón. Habitando pues en estos, se alimenta de la alegría temporal, que ha sido llamada con el vocablo de hierbas, y se deleita en el mal del placer nocivo que verdea y vigora en ellos, en cuyos montes también juegan todas las bestias del campo. Esas bestias son socios y ministros del diablo: de quienes dice el profeta, orando a Dios: «No entregues a las bestias el alma que te confiesa». Este campo ciertamente es el mundo, según la autoridad del Señor, por la cual dice en el Evangelio: «El campo es este mundo». En tales montes, pues, que producen hierbas de lujuria, no árboles frutales, estas bestias, a saber, las potestades adversarias, que no tienen el rigor de las virtudes, juegan con el flujo y la lascivia de los vicios, y en todos sus montes se glorían en crímenes y nefandas maldades. Otros dijeron de este lugar: «Subieron al monte escarpado: hizo gozo a los cuadrúpedos en el tártaro». Pienso que por el monte escarpado se significó la cima de la misma soberbia diabólica, en la cual se ensalzó demasiado, de modo que de ella cayeran hasta lo profundo de los infiernos. Hizo pues gozo, esto es, dio consolación, o bien a aquellos que consintiendo a su soberbia, fueron arrojados de los cielos para ser destinados a los tártaros, o bien a aquellos pecadores que por él cayeron en lo profundo del infierno, bajo cuya persona el discurso profético habla así al mismo príncipe de los demonios: «Y tú has sido herido como nosotros, y has sido hecho semejante a nosotros». Ha sido rebajada a los infiernos tu soberbia, ha caído tu cadáver: hizo gozo a los cuadrúpedos, como se dijo, es decir, a los pecadores, que inclinados a la tierra o volviéndose hacia los tártaros, no pueden mirar al cielo.

Bajo la sombra duerme en lo secreto de la caña, en lugares húmedos. Que hay sombras de los cuerpos, nadie lo duda: pero en las divinas Escrituras la sombra a veces se entiende como descanso y refrigerio, a veces como penas. De donde se dice: «sombra de muerte». A veces las sombras se refieren como pecados, que como la sombra al cuerpo, así están cercanos a la muerte. En los pecados, pues, habita el diablo, y descansa en lo secreto de los pensamientos, o también de los lomos: de donde también se llaman lugares húmedos.

Sive in secretis, id est, in absconditis Dei, quae Deus utique non requirit, et velut se indigna non visitat: de quibus absconditis propheta ait ad Deum: De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Peccata ergo tamquam tenebrae absconduntur a lumine veritatis. Sive, ut jam diximus, loco remoto cordis diabolus habitat, quod cor vacuum timore Dei patet vanitati et luxui, atque omnium illecebris vitiorum. Haec enim umbra solem nesciens, et calami secreta significant. Alii dixerunt: Sub omnimodis arboribus dormit secus juncum, et calamum, et caricem. Omnimodas arbores dicit, quae tamen omnes infructuosae sunt, non habentes medullam charitatis Dei, nec bonorum operum fructus.

Protegunt umbrae umbram ejus. Peccata ejus super omnium impiorum peccata, et impietates eminent, quas protectione quadam malitiae suae defendit, et contegit. Alii ita dixerunt: inumbrantur in eo arbores magnae: ubi hoc mihi videtur dixisse, quod quamvis maligni spiritus, vel homines ministri diaboli, superbia sint excelsi, tamen superet eos magnitudine delictorum diabolus, quia scelestioris criminis inventor est, quam imitator peccati.

Circumdabunt eum salices torrentis. Sive stirpes et virgultum, ut alii dixerunt. Mundus iste mortalis propter velocem volubilitatem suam, torrentis nomine appellatur: sicut et propheta ait, cum de passione Domini prophetaret: De torrente in via bibet. Dispensatione namque illa qua ad nos venire dignatus est, in cruce mortis calicem bibit, de quo dixit ad Patrem: Si fieri potest, transeat a me calix iste. Hujus ergo mundi hominibus, qui sunt sensibus peccatorum et perfidia infidelitatis amarissimi tamquam folia, fructus bonorum operum mentientes, diabolus circumdatur, qui etiam in collegas consortiumque junguntur.

Ecce absorbebit fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus. Multis in locis Scripturarum, fluminis nomine genus humanum significari noverimus, de quo et ipsa potestas adversaria ait: Meus est fluvius, et ego feci memetipsum. Huic ergo fluvio, humano videlicet generi in ima atque inferiora, more fluminis defluentis, desideria cupiditatum, delectationis, praesentisque amorem mundi, ita insinuat, ut eum absorbere possit, et velut inferus deglutire; sic namque humanum genus praeceps in supradicta vitia defluet, ut possit ab inimico facile devorari.

O bien en los secretos, esto es, en lo escondido de Dios, que Dios ciertamente no requiere, y como indignos de sí no los visita: de los cuales escondrijos dice el profeta a Dios: «De tus escondrijos se ha llenado el vientre de ellos». Los pecados, pues, como tinieblas se ocultan de la luz de la verdad. O bien, como ya hemos dicho, el diablo habita en el lugar remoto del corazón, cuyo corazón vacío de temor de Dios está abierto a la vanidad y al lujo, y a los halagos de todos los vicios. Pues esta sombra que no conoce el sol, y lo secreto de la caña significan estas cosas. Otros dijeron: «Bajo todo tipo de árboles duerme junto al junco, y la caña, y el carex». Dice todo tipo de árboles, que sin embargo son todos infructuosos, no teniendo la médula de la caridad de Dios, ni los frutos de las buenas obras.

Protegen las sombras su sombra. Sus pecados sobresalen sobre los pecados de todos los impíos, y las impiedades eminentes, las cuales defiende y encubre con una cierta protección de su malicia. Otros dijeron así: «se sombrean en él árboles grandes»: donde esto me parece haber dicho, que aunque los espíritus malignos, o los hombres ministros del diablo, sean excelsos por la soberbia, sin embargo el diablo los supera por la magnitud de sus delitos, porque es inventor de un crimen más malvado de lo que es imitador del pecado.

Lo rodearán los sauces del torrente. O bien las estirpes y el matorral, como dijeron otros. Este mundo mortal, por su veloz volatilidad, es llamado con el nombre de torrente: como también dice el profeta, cuando profetizaba sobre la pasión del Señor: «Del torrente en el camino beberá». Pues por aquella dispensación por la cual se dignó venir a nosotros, en la cruz bebió el cáliz de la muerte, del cual dijo al Padre: «Si es posible, pase de mí este cáliz». Por los hombres de este mundo, pues, que son amarguísimos en los sentidos de los pecados y la perfidia de la infidelidad como hojas, fingiendo los frutos de las buenas obras, el diablo es rodeado, quienes también se unen en colegas y consorcio.

He aquí que absorberá el río, y no se maravillará, y tiene confianza en que el Jordán influya en su boca. En muchos lugares de las Escrituras, hemos sabido que con el nombre de río se significa al género humano, de quien también la misma potestad adversaria dice: «Mío es el río, y yo me hice a mí mismo». A este río, pues, a saber, al género humano que fluye hacia lo ínfimo e inferior, a la manera de un río que desciende, le insinúa de tal modo los deseos de las concupiscencias, del deleite y el amor del mundo presente, que puede absorberlo y, como el infierno, tragarlo; pues de tal modo el género humano cae de cabeza en los antedichos vicios, que puede ser fácilmente devorado por el enemigo.

Quod autem ait: Habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus: Jordanis fluvius, baptismi continet sacramentum; dum in ipso Christus Dominus baptizatur, nostrum baptisma consecratum est. Cujus secundum mysticos intellectus, montes et colles, arietes, et agni ovium exsultant a facie Dei Jacob, qui junior frater credendo, seniorem fratrem incredulum supplantavit. De cujus Jordanis terra, id est Ecclesia, propheta ex persona credentis se dicit Dominum recordari. A Christo utique monte modico incipiens, qui propter passionem modicus factus est, minoratus est ab angelis, obediendo patri usque ad mortem. Hic ergo Behemoth nimia elatus temeritate, fiduciam gerit, ut praedictum Jordanem, sacramenta videlicet Ecclesiae figurantem, ore suo hauriat, et vorandi cupidus, suo eum ventre concludat. Id est, etiam eos quos sanguis Christi per aquam regenerationis, quam Jordanis typice portendit, et ablutione Spiritus sancti redemit, de illius potestate ac durissimo dominatu quaerit, ut rursus suos faciat, seu occulta suasione, seu oppugnatione manifesta.

In oculis ejus quasi hamo capiet eum. Verba haec Patris de Filio sunt secundum illam allocutionem, de qua superius diximus, ubi ait Pater de eo, cum ei de diabolo sermo esset: Ipse est principium viarum Dei. Hunc igitur Behemoth, homo divini numinis carne hominis assumpti vestitus, in oculis ejus capiet eum, inquit Pater de Filio, quod diabolum esset capturus. In oculis, ait, id est in ipso intelligentiae lumine, ubi est visus sapientiae, naturae rationabilis. Ibi, inquam, divina sapientia captus, dum per calliditatem suam atque versutiam non videt cujus carnem mors devorandam apprehendit. Secundum igitur hunc modum captus est diabolus.

Et in sudibus perforabit nares ejus. Id est, furentem saevitiam atque in sanctorum interitum anhelantem Christus Dominus noster conteret et proturbabit: sanctos vero propter lignum crucis non absurde hic intelligendos puto; sic itaque humiliat et confringit Dominus inimicum, omnemque impetum invidiae saevientis, dum eum per eosdem sanctos ligno suae crucis retundit.

An extrahere poteris Leviathan hamo? Commutavit figuram aenigmatis, ut diabolum quem superius Behemoth translato nomine dixerat, eumdem nunc Leviathan appellet; sed illic eum quasi bestiam dicit, quae terras inhabitet; hic vero ita illum nominat, qui velut in aquis maris consistat. Unde et alii pro Leviathan draconem dixerunt. Unde videri potest, quod horrendum nescio quid genus draconum sit quod Leviathan dicatur, cujus malitiae atque potentiae congrue diabolus coaptetur. Behemoth autem eo quod multi cum eo sint appellatur. Nam Behemoth Latine, quasi plures sonare dicitur.

En cuanto a lo que dice: «Tiene confianza en que el Jordán influya en su boca»: el río Jordán contiene el sacramento del bautismo; mientras en él Cristo el Señor es bautizado, nuestro bautismo fue consagrado. De cuyo Jordán, según los entendimientos místicos, los montes y los collados, los carneros y los corderos de las ovejas saltan de gozo ante la faz del Dios de Jacob, quien como hermano menor al creer, suplantó al hermano mayor incrédulo. De la tierra de ese Jordán, esto es, la Iglesia, el profeta por la persona del creyente dice que se acuerda del Señor. Comenzando ciertamente por Cristo, monte módico, que por la pasión se hizo módico, fue hecho menor que los ángeles, obedeciendo al Padre hasta la muerte. Este Behemot, pues, ensalzado con demasiada temeridad, tiene la confianza de agotar con su boca el predicho Jordán, a saber, figurando los sacramentos de la Iglesia, y deseoso de devorar, concluirlo en su vientre. Esto es, busca incluso a aquellos que la sangre de Cristo redimió por el agua de la regeneración, que el Jordán típicamente presagia, y por la ablución del Espíritu Santo, para hacerlos suyos de nuevo, ya sea por persuasión oculta, o por impugnación manifiesta.

En sus ojos como con un anzuelo lo capturará. Estas palabras son del Padre sobre el Hijo según aquella alocución de la que hablamos arriba, donde dice el Padre sobre él, cuando tenía con él el discurso sobre el diablo: «Él es el principio de los caminos de Dios». A este Behemot, pues, el hombre de la divinidad divina vestido con la carne del hombre asumido, en sus ojos lo capturará, dice el Padre sobre el Hijo, que capturaría al diablo. En los ojos, dice, esto es, en la misma luz de la inteligencia, donde está la visión de la sabiduría, de la naturaleza racional. Allí, digo, capturado por la sabiduría divina, mientras por su callididad y astucia no ve de quién es la carne que la muerte aprehendió para ser devorada. Según este modo, pues, fue capturado el diablo.

Y con estacas perforará sus narices. Es decir, la saña furiosa y la que anhela la muerte de los santos, nuestro Señor Cristo la quebrantará y perturbará: los santos ciertamente pienso que no absurdamente deben entenderse aquí por el madero de la cruz; así pues humilla y quebranta el Señor al enemigo, y todo el ímpetu de la envidia sañuda, mientras lo rechaza por medio de esos mismos santos con el madero de su cruz.

¿Podrás extraer a Leviatán con el anzuelo? Cambió la figura del enigma, de modo que ahora llama Leviatán al mismo a quien arriba había llamado Behemot con nombre trasladado; pero allí lo llama como una bestia que habita las tierras; aquí ciertamente lo nombra así, como quien consiste cual en las aguas del mar. Por lo cual también otros dijeron «dragón» por Leviatán. De donde puede verse que es algún horrendo género de dragones el que se llama Leviatán, a cuya malicia y potencia se adapta congruentemente el diablo. Pero Behemot es llamado así porque muchos están con él. Pues Behemot en latín se dice que suena como «muchos».

Unde ipse intelligi potest cum sociis et ministris, et recte, quasi dicatur, qui a Deo non sunt. Leviathan vero additamentum quidan aiunt interpretari. Quia ergo in veritate non stetit, et excedens praesumptionis modum addit sibi superbiam, quasi supra naturae bonum in tumorem et morbum elationis excedit. Proinde additamentum dictus est: vocabulum enim factum de crimine, operuit conditionem naturae bonae, quam Deus bonus creaverat. Et Isaias propheta de eo vaticinatur dicens: In die illo, sive passionis Christi tempore, sive in adventu judicii ejus: In die ergo illo visilabit Dominus in gladio suo duro et grandi, et forti, super Leviathan serpentem vectem, et super Leviathan serpentem tortuosum, et occidet cetum, qui in mari est: secundum hoc ipsum est, quod alius propheta similiter ait ad Deum: Tu confregisti in virtute tua mare. Tu confregisti caput draconum super aquas. Hic ipse diabolus tamquam caput cum suis membris describitur, et corpus ejus, et squamae indissolubili copula conjunctae narrantur. Hunc ergo Leviathan draconem typicum, ait Dominus ad Job, ne in aquis gentium dominetur, tu forsitan de mari populorum extrahere potes, quem hamo virtutis meae, ut supra dictum est, per fidem credentium extrahere, et exsiccare disposui. Secundum hunc sensum est illud quod et Dominus ait in Evangelio: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet, et caetera. In primo autem adventu Christi factum est per gratiam redemptionis ejus, ut de societate diaboli et dominatione populi eruerentur. In secundo vero adventu ejus, omnis diaboli potestas est auferenda, quandoquidem mare, hoc est saeculum, non erit, genusque sociorum illius de terra peribunt. Quando etiam quaeretur delictum illius, et non invenietur, Domino regnante in aeternum, et in saeculum saeculi, absorpta morte mortisque inventoribus in resurrectionis victoria. Quod autem in hoc libro ait Deus, quia hamo extrahet Leviathan, per alium prophetam illud loquitur, dicens: Expandam super te rete meum in multitudine populorum, et extraham te in sagena mea. Hami vero et sagenae differentiam hanc esse existimo ut hamum ipsum Salvatorem Filium Dei, carne vestitum intelligamus: sagena autem dici potest missa praedicatio Evangelii, quae a solis ortu usque ad occasum latissimo spatio sit expansa, sicut et propheta ait: Magnus Dominus, et caetera. Et deinceps ait, dilatans exsultationem universae terrae.

Por lo cual él mismo puede entenderse con sus socios y ministros, y rectamente, como si se dijera, los que no son de Dios. Ciertamente algunos dicen que Leviatán se interpreta como «añadidura». Porque, por tanto, no permaneció en la verdad, y excediendo la medida de la presunción se añade a sí mismo soberbia, como si por encima del bien de la naturaleza excediera en tumor y enfermedad de elación. Por lo cual fue llamado añadidura: pues el vocablo hecho del crimen cubrió la condición de la naturaleza buena, que el Dios bueno había creado. Y el profeta Isaías profetiza sobre él diciendo: «En aquel día», ya sea en el tiempo de la pasión de Cristo, o en el advenimiento de su juicio: «En aquel día», pues, «visitará el Señor con su espada dura y grande y fuerte sobre Leviatán serpiente barra, y sobre Leviatán serpiente tortuosa, y matará a la ballena que está en el mar»: según esto mismo es lo que otro profeta dice similarmente a Dios: «Tú quebrantaste en tu virtud el mar.» «Tú quebrantaste la cabeza de los dragones sobre las aguas». Aquí el mismo diablo es descrito como cabeza con sus miembros, y su cuerpo y sus escamas se narran unidos por un vínculo indisoluble. A este dragón típico Leviatán, pues, dice el Señor a Job, para que no domine en las aguas de las gentes, tal vez tú puedas extraerlo del mar de los pueblos, a quien yo dispuse extraer con el anzuelo de mi virtud, como se ha dicho arriba, por la fe de los creyentes, y desecar. Según este sentido es aquello que también dice el Señor en el Evangelio: «Cuando un fuerte armado custodia su atrio, están en paz las cosas que posee», etcétera. Pero en el primer advenimiento de Cristo se hizo por la gracia de su redención que el pueblo fuera arrancado de la sociedad y dominación del diablo. Pero en su segundo advenimiento, toda potestad del diablo ha de ser quitada, puesto que el mar, esto es, el siglo, no será, y el género de sus socios perecerá de la tierra. Cuando también se busque su delito y no se encuentre, reinando el Señor eternamente, y por los siglos de los siglos, absorbida la muerte y los inventores de la muerte en la victoria de la resurrección. En cuanto a lo que Dios dice en este libro, que extraerá a Leviatán con un anzuelo, lo dice por otro profeta: «Extenderé sobre ti mi red en la multitud de los pueblos, y te extraeré en mi sagena». Ciertamente estimo que esta es la diferencia entre el anzuelo y la sagena: que el anzuelo entendamos que es el mismo Salvador Hijo de Dios, vestido de carne: pero la sagena puede decirse que es la predicación enviada del Evangelio, que desde el oriente del sol hasta el ocaso está extendida por un amplísimo espacio, como también dice el profeta: «Grande es el Señor», etcétera. Y luego dice, «dilatando la exultación de toda la tierra».

Quae sagena praedicationis Christi, veteris Testamenti figuris, et significationum imaginibus multisque ejusmodi Scripturae testimoniis, veluti nodis illigatis est solide roborata, quam ceti multi, et dracones saevissimi mundi istius impii et potentes scindere et rumpere tentaverunt, idque non potuerunt efficere, quia firmum fundamentum Dei fecit, et convelli nequaquam potest. Quia si Deus pro nobis, quis contra nos? Proinde secundum hanc expositionem idem sensus in hamo et sagena dignoscitur. Cum ergo dixisset Dominus ad Job, extrahere poteris Leviathan hamo? ait ei:

Et fune ligabis linguam ejus? Quemadmodum ex pluribus particulis subtegminis funis intexitur, ut fiat vinculum quo possint aliqua colligari; ita et diabolus de multitudine peccatorum suorum, quasi de resticulorum particulis, vincula sibi sacrilegorum velut fune blasphemiis, et lingua illius colligat, ut sit os obstructum atque oppilatum loquentis iniquitatem. Et in Proverbiis Salomonis, de similibus ejus scriptum est: Vinculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. Et inde est quod et Dominus in Evangelio pigrum et inutilem servum, ligatis manibus et pedibus, mittendum dicit in tenebras exteriores, id est, vinculis peccatorum suorum, quae operatus est, secundum divinum judicium ligatus mittitur in poenas; quod et ipse Dominus in quodam loco manifestissime demonstravit, quando flagellum de Judaeorum resticulis fecit, eosque inde flagellans de templo ejecit.

Numquid pones circulum in naribus ejus, aut armilla perforabis maxillam ejus? Sive captapulum, ut alii dixerunt. Et armilla perforabis: sive, ut alii dixerunt, forcipe pertundes labrum ejus. Circuli captapuli, forcipis et armillae nominibus, intelliguntur sermones divinae potentiae, quibus superbus atque blasphemus humiliatus est a Deo et attritus.

Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Sive ut alii dixerunt: Aut loquetur tibi blande? Soli Deo, cujus creaturam se esse cognoscit, est subditus, atque ei tantum quem ipsa conscientia pavet, animus ejus superbus addicitur.

Numquid feriet tecum pactum, et accipies eum servum sempiternum? Licet sit rebellis et nimium tumidus, cogitur tamen atque compellitur ipsius naturae bono, quod ei in testimonium justae damnationis ejus ex parte non perit, ut Dominum creatorem suum, saltem ut servus malus esse fateatur. Hoc est pactum sive testamentum, quod ei cum Deo inire praeceptum est. Unde et ipse Dominus ait: Et accipies eum servum sempiternum. Hoc enim nulla voluntate animi facit, sed divinae potestatis imperio, et ideo a Deo servus dicitur sempiternus, quia adoptionem filiorum Dei, sive primatum illum angelicae dignitatis, numquam sit recepturus.

Cuya sagena de la predicación de Cristo está sólidamente robustecida por las figuras del Antiguo Testamento, y por las imágenes de las significaciones y muchos testimonios de la Escritura de ese tipo, como por nudos ligados, la cual muchos cetáceos y dragones saquísimos de este mundo impío y potentes intentaron rasgar y romper, y no pudieron lograrlo, porque el firme fundamento de Dios lo hizo, y de ningún modo puede ser arrancado. Porque si Dios por nosotros, ¿quién contra nosotros? Por lo tanto, según esta exposición, el mismo sentido se reconoce en el anzuelo y en la sagena. Cuando, pues, el Señor hubo dicho a Job, «¿Podrás extraer a Leviatán con el anzuelo?», le dijo:

«¿Y atarás con una cuerda su lengua?» Del mismo modo que una cuerda se teje de varias hebras de la trama, para que se haga un vínculo con el que se puedan ligar algunas cosas; así también el diablo, de la multitud de sus pecados, como de hebras de pequeñas cuerdas, liga para sí los vínculos de los sacrílegos como con una cuerda por las blasfemias, y liga su lengua, para que la boca del que habla iniquidad esté obstruida y tapada. Y en los Proverbios de Salomón, está escrito de los semejantes a él: «Cada uno es constreñido por los vínculos de sus pecados». Y de ahí es que también el Señor en el Evangelio dice que el siervo perezoso e inútil, atado de manos y pies, ha de ser enviado a las tinieblas exteriores, es decir, atado por los vínculos de sus pecados, que obró, es enviado a las penas según el juicio divino; lo cual el mismo Señor también demostró manifiestísimamente en cierto lugar, cuando hizo un azote de pequeñas cuerdas de los judíos, y azotándolos con él, los echó del templo.

«¿Pondrás un círculo en sus narices, o con un brazalete perforarás su mandíbula?» O un garfio (captapulum), como dijeron otros. «Y con un brazalete perforarás»: o, como dijeron otros, «con un fórceps atravesarás su labio». Con los nombres de círculo, garfio, fórceps y brazalete, se entienden los sermones de la divina potencia, por los cuales el soberbio y blasfemo fue humillado por Dios y desgastado.

«¿Multiplicará ante ti preces, o te hablará cosas blandas?» O como dijeron otros: «¿O te hablará lisonjeramente?» Solo a Dios, de quien se conoce criatura, está sometido, y su ánimo soberbio se entrega solo a aquel a quien su misma conciencia teme.

«¿Herirá contigo un pacto, y lo recibirás como siervo sempiterno?» Aunque sea rebelde y demasiado hinchado, es sin embargo forzado y compelido por el bien de su misma naturaleza, que no perece en él en parte como testimonio de su justa condenación, para que confiese al Señor su creador, al menos como siervo malo. Este es el pacto o testamento que se le manda entablar con Dios. Por lo cual también el Señor mismo dice: «Y lo recibirás como siervo sempiterno». Pues esto lo hace sin ninguna voluntad del ánimo, sino por el imperio de la divina potestad, y por eso es llamado por Dios siervo sempiterno, porque nunca ha de recibir la adopción de los hijos de Dios, o aquel primado de la dignidad angélica.

Numquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis? In tantum, ait Dominus, humiliabitur draconis istius fortitudo, et omnino pro nihilo erit; ut illudendus habeatur, et illudendus sanctis angelis deputetur, sicut et supra jam dictum est. Quod autem quasi avis illudi perhibetur, quasi res parva et minima ad potentiam Dei habeatur, avis nomine voluit demonstrare; quodque alligandus ancillis dicitur, illud est quod ipse Dominus in Evangelio ait ad discipulos suos: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit. Sic itaque alligatur atque illuditur a sanctis animabus Dei, quae sunt ancillae Christi; dum ab eis ipsi et ejus sociis imperatur, et de corporibus ab eo obsessis abire compellitur: cuique per universum mundum quotidie captiva aufertur captivitas, quomodo et secundum Apocalypsim per mille annos alligatus dicitur, quod a parte ad totum intelligitur, secundum apostolum qui ait: Filioli, novissima hora est; ex tempore adventus Domini in carne nostra. Itaque alligatus est: ne seducat Christi gratia et redemptione salvandos. Alii dixerunt: Alligabis eum sicut passerem infantulo, quod est, ab infantulo teneatur praecepto imperii mei, et velut ligatus in potestatem tradetur. Hic est ille infans, de quo Isaias ait: Infans ab ubere in foramine aspidum manum mittet: qui infans propheta, quamvis sit centum annorum puer, per Christi gratiam morietur, id est, sanctus et innocens ad Deum de hoc saeculo emigrabit. Hunc ergo infantem accipere debemus unumquemque sanctorum, qui de fonte, id est de utero matris Ecclesiae, tamquam infans Deo renatus est, et praecepta Domini, velut lacteos cibos de ejus uberibus sugit.

Concident eum amici, divident illum negotiatores. Amici et negotiatores isti, sancti intelligendi sunt, omnes etiam veritatis praedicatores: quibus Christus Filius Dei ait: Vos amici mei estis. Itemque de iisdem per parabolam dicit: Simile est regnum coelorum homini negotiaori, quaerenti bonam margaritam, et caetera. Qui regnum Dei, et aeternae vitae praemium velut pretiosissimam margaritam in venalibus proposuerunt mundo, ut unusquisque creditorum vendat quaecumque habuerit, delectationem scilicet vitae praesentis, his mercimoniis commutet et emat eam.

Si autem in bonam partem unguenta intellexerimus, ut gratias sanctorum ferventes hoc loco interpretemur, a contrario diabolus maris istius habitator id agit, ut quomodo spiritualium gratiarum amore in Spiritu sancto fervescunt, ita ad amorem mundi istius homines praesentis vitae desiderio, quasi quibusdam succensionibus flammeis ardescant. Alii dixerunt, fervescere facit abyssum, ut vas aeneum aestimat sicut delictum, et tartarum abyssi sicut captivum. Hoc in loco arbitror quod ita de diabolo Deus dixerit: quia de hoc mundo quasi abyssi nomine dictus est ita diabolus: apud se definiens arbitratus sit, quod in recordationem omnino non veniat, quod de memoria divina deletus sit. Cujus impiissimum sensum in nono propheta recolit dicens: Dixit enim in corde suo, Non requiret. Itemque: Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, avertit faciem suam, ne videat in finem. Tartarum quoque abyssi, id est, infernum, in quo mundi istius peccatores tenebuntur inclusi: ille velut captivum sub durissima videlicet dominatione detrusum vinculis infernalibus detinebat. Exsultans igitur, et laetabundus diabolus aestimabat, quod creaturam Dei sui omnem utique mundum, velut rex et Dominus esset perpetuo possessurus, nesciens a Domino Deo regi in aeternum, et in saeculum saeculi: perditis impiis gentibus de terra ejus, judicatos pupillos et humiles defensos ut non apponat ultra homo, id est, ipse diabolus, ut se magnificet super terram.

Post eum lucebit semita. Jam tunc resipiscens quaeret reverti ad Deum, quando ei tempus poenitentiae non erit. And hanc puto conversionis ejus semitam dixerit, quae obdurato corde et caeco sera poenitentia illucescat: quando post acceptam ei minime proderit.

Aestimabit abyssum quasi senescentem. Sive, ut alii dixerunt, quasi deambulacrum. Abyssum diximus superius istum mundum, quem senescentem et inveteratum, in peccatis utique permanentem diabolus arbitratur, nesciens adventu Domini a peccatis veteribus liberandum.

Non est super terram potestas quae comparetur ei. Nulla creatura est tantae potentiae, sive peccatrix creatura tantae malitiae, et ideo in utraque re nullus ei poterit comparari.

Qui factus est, ut nullum timeret. Propria voluntate liberi arbitrii sui, in superbiam elatus factus est, id est, ita sui malitia depravatus est, ut nullum timeret, nec ipsum Dominum Deum creatorem suum. Timet quidem ut malus servus, et praevaricator; sed non habet in se dilectionis Dei timorem.

Omne sublime videt. In sublime, inquit, atque in excelsum erigitur, id est, usque ad ipsius inaestimabilis superbiae suae apicem elevatur, ut blasphemus ponat in coelo os suum, dicens: Ponam in coelo thronum meum, et ero similis Altissimo.

Pero si hubiéramos entendido los ungüentos en buena parte, de modo que interpretemos en este lugar las gracias de los santos fervientes, por el contrario el diablo, habitador de este mar, hace eso, para que del modo que hierven en el amor de las gracias espirituales en el Espíritu Santo, así los hombres ardan para el amor de este mundo por el deseo de la vida presente, como con ciertos incendios flamígeros. Otros dijeron: «Hace hervir el abismo, de modo que estima el vaso de bronce como un delito, y el tártaro del abismo como un cautivo». En este lugar juzgo que Dios dijo así sobre el diablo: porque de este mundo, como por el nombre de abismo, es llamado así el diablo: definiendo para sí haya juzgado que no venga del todo a la recordación, que haya sido borrado de la memoria divina. Cuyo impiísimo sentido recuerda en el noveno profeta diciendo: «Pues dijo en su corazón: No requerirá». Y de nuevo: «Pues dijo en su corazón: Dios se ha olvidado, apartó su faz para no ver hasta el fin». También el tártaro del abismo, esto es, el infierno, en el cual los pecadores de este mundo serán mantenidos encerrados: él los mantenía como a un cautivo empujado bajo el dominio durísimo, a saber, en los vínculos infernales. Exultante, pues, y alegre, el diablo estimaba que había de poseer perpetuamente todo el mundo, criatura de su Dios, como si fuera rey y señor, no sabiendo que es regido por el Señor Dios eternamente, y por el siglo del siglo: perecidas las naciones impías de su tierra, juzgados los huérfanos (pupillos) y los humildes defendidos para que el hombre, esto es, el mismo diablo, no añada más para magnificarse sobre la tierra.

«Tras él brillará la senda». Ya entonces, volviendo en sí, buscará volver a Dios, cuando no habrá para él tiempo de penitencia. Y pienso que llamó a esta senda de su conversión, la cual brille para su corazón endurecido y ciego con penitencia tardía: cuando después de recibida mínimamente le aproveche.

«Estimará el abismo como si envejeciera». O, como dijeron otros, «como un deambulatorio». Llamamos arriba al abismo a este mundo, al cual el diablo juzga envejecido e inveterado, permaneciendo ciertamente en los pecados, no sabiendo que por el advenimiento del Señor ha de ser librado de los pecados viejos.

«No hay sobre la tierra potestad que se le compare». Ninguna criatura es de tanta potencia, o criatura pecadora de tanta malicia, y por ello en ambas cosas nadie se le podrá comparar.

«El cual fue hecho para no temer a nadie». Por la propia voluntad de su libre albedrío, elevado en la soberbia fue hecho, esto es, fue de tal modo depravado por su malicia, que no temiera a nadie, ni al mismo Señor Dios su creador. Teme ciertamente como siervo malo y prevaricador; pero no tiene en sí el temor del amor de Dios.

«Todo lo sublime ve». En lo sublime, dice, y en lo excelso se erige, esto es, se eleva hasta el ápice mismo de su inestimable soberbia, para que blasfemo ponga en el cielo su boca, diciendo: «Pondré en el cielo mi trono, y seré semejante al Altísimo».

Ipse est rex super universos filios superbiae. Id est, caput et princeps omnium superborum, quem imitantes angeli, homines impii, et praevaricatores, facti sunt filii superbiae ejus.

CAPUT XLII.

Respondens autem Job Domino, dixit: Scio quia omnia potes. Id est, qui diabolum humilias, quomodo vis, et quando vis.

Et nulla te latet cogitatio. Scrutatorem cordis et renium latere quis poterit? Unde apparet sanctum Job ex his sermonibus, quos Deo poenitens confitetur, accusare cogitationes suas, quibus se meminit de justitiae suae meritis sibi plurimum tribuisse, et Deo quasi rustico, notam iniquitatis objicere tentasse.

Quis est iste qui celat consilium absque scientia? Id est, nemo potest abscondere consilium a conscientia tua. Jam in consequentibus manifestissime errorem suum demonstrat, et insipientiam confitetur, per quam ignorans ad Deum loquendi modum excesserit, ita dicens:

Ideo insipienter locutus sum et quae ultra modum excedunt scientiam meam. Audi, et ego loquar: interrogabo te, et responde mihi. Jam nunc deposita insipientia, atque abjecta stultitiae praesumptione, per notitiam increpationis divinae ad emendationem correctus, et praesentis castigationis purgatus examine, Deum nihilominus audet interrogare dicendo: Audi. Clementiam divinae indignationis ostendit: et hoc loqui videtur, quod illam plagam longe alio modo circa eum Deus operatus fuerit, quam ipse antea judicaret, et hinc est, quod se a Deo doceri cupit: sibique hoc ipsum deposcit ostendi. Accepto ergo Job, sicut ex sermonibus ejus credendum est, divinae visitationis oraculo, ait ad Deum:

Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. Post tentationis probationem, proximior factus divinae cognitioni, dicit se jam Deum videre, quem ante, dum examinaretur, audisse se dixit. Audire autem Deum, vel videre, qui est invisibilis, et incomprehensibilis, non istorum est oculorum, vel istarum aurium, sed potius mentis et cordis. Propter quod beati sunt mundo corde homines, quo Deus videtur.

Idcirco ipse me reprehendo, et ago poenitentiam in favilla et cinere. Postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus est furor meus in te, et in duos amicos tuos: quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job. Sumite ergo vobis septem tauros et arietes, et ite ad servum meum Job, et offerte holocaustum pro vobis. Job autem servus meus orabit pro vobis. Faciem ejus suscipiam: ut non vobis imputetur stultitia. Neque enim locuti estis coram me rectum: sicut servus meus Job.

«Él es rey sobre todos los hijos de la soberbia». Esto es, cabeza y príncipe de todos los soberbios, a quien imitando los ángeles, hombres impíos y prevaricadores, fueron hechos hijos de su soberbia.

CAPÍTULO XLII.

Respondiendo Job al Señor, dijo: «Sé que todo lo puedes». Esto es, tú que humillas al diablo, como quieres y cuando quieres.

«Y ningún pensamiento se te oculta». ¿Quién podrá ocultarse al escrutador del corazón y los riñones? De donde aparece que el santo Job, por estas palabras (sermonibus) que confiesa arrepentido a Dios, acusa sus propios pensamientos, en los cuales recuerda haberse atribuido muchísimo a sí mismo por los méritos de su justicia, y haber intentado objetar una nota de iniquidad a Dios como si fuera un rústico.

«¿Quién es aquel que oculta el consejo sin ciencia?». Esto es, nadie puede esconder el consejo de tu conciencia. Ya en lo siguiente demuestra manifiestísimamente su error, y confiesa la insapiencia por la cual, ignorando el modo de hablar a Dios, se excedió, diciendo así:

«Por tanto, hablé insipientemente y cosas que exceden mi ciencia sobremanera». «Escucha, y yo hablaré: te interrogaré, y tú respóndeme». Ya ahora, depuesta la insapiencia y desechada la presunción de la estultez, corregido para la enmienda por la noticia de la reprensión divina, y purgado por el examen de la presente castigación, se atreve no obstante a interrogar a Dios diciendo: «Escucha». Muestra la clemencia de la indignación divina: y parece hablar esto, que Dios operó aquella plaga en torno a él de un modo muy diferente de lo que él mismo juzgara antes, y de aquí es que desea ser enseñado por Dios: y pide que se le muestre esto mismo. Recibido, pues, por Job el oráculo de la visitación divina, como se ha de creer por sus palabras, dice a Dios:

«De oídas te había oído, pero ahora mi ojo te ve». Tras la prueba de la tentación, hecho más próximo al conocimiento divino, dice que ya ve a Dios, a quien antes, mientras era examinado, dijo que había oído. Pero oír a Dios, o verlo, que es invisible e incomprensible, no es de estos ojos ni de estas orejas, sino más bien de la mente y del corazón. Por lo cual son bienaventurados los hombres de limpio corazón, por el cual se ve a Dios.

«Por tanto, yo mismo me reprendo, y hago penitencia en brasas y ceniza». Pero después de que el Señor habló estas palabras a Job, dijo a Elifaz temanita: «Se ha encendido mi furor contra ti, y contra tus dos amigos: porque no habéis hablado ante mí lo recto, como mi siervo Job». «Tomad, pues, para vosotros siete toros y carneros, e id a mi siervo Job, y ofreced holocausto por vosotros». «Job, mi siervo, orará por vosotros». «Su faz recibiré: para que no se os impute la estultez». «Pues tampoco habéis hablado ante mí lo recto, como mi siervo Job».

Abierunt ergo Eliphaz Themanites, et Baldad Suites, et Sophar Naamathites, et fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos. Quem locum alii dixerunt; Ideo despexi memetipsum, et distabui, et aestimavi me terram et cinerem. Quod autem in injuriam sancti Job, amici ejus non recte locuti fuerint, hic aperte Domino eis imputante, monstratur: unde ipse ait ad eos, quod peccatum illud exprobrationis eis remitti non possit, nisi beatus Job pro illis oraverit, et holocaustum propitiationis obtulerit. Ubi advertimus quod sacerdotis officio beatus Job functus fuerit. Intelligatur hoc loco quod nulli expediat cum exsultatione, et convicio coarguere in Dei castigatione, ac tribulationum laboribus constitutum. Ait namque, quod Job ante pro eis sacrificium offerentem, faciem ejus ad exaudiendum libenter susceperit. Et addit Dominus duplicia. In sequentibus quaeritur sensus ejus, qui quemadmodum fuerit duplicatus, libri hujus Scriptor diligenter enarrat. Fratres vero et sorores, qui ad beatum Job post plagam castigationis ejus convenerant, omnes cogitationes, et familiae generis ejus intelligendae sunt. Universi etiam noti et amici ejus, qui regalem potentiam ejus singularemque sapientiam prius noverant, venientes ad eum comederunt cum eo in convivio honoris ejus: in quo significatus est ab eo omnium sordium squalor abstersus. In motu vero capitis, indicatam convenientium ad eum laetitiam noverimus: quique muneris gratia, velut inopi, et penitus nihil habenti dederunt oves singulas, et inaures aureas singulas. In hac consolatione, etsi parva et priorum bonorum duplicatione, animadverti potest, quod grandis multitudo ad illum convenerit: qui cum a singulis parum acceperit, subito tantarum divitiarum factus sit dominus. Potuit hoc scriptor libri hujus, et per anticipationem dixisse, ut post tentationis illa per centum quadraginta annos vitae suae, benedicente Domino, cumulatas in duplum divitias possideret: filiorum vero ejus duplicatum numerum non legimus. Unde arbitror quod cum ea quae omnino perierant, illa ei in duplum fuerint restituta, etiam filii ei viginti pro decem redditi sint. Hi enim ipsi decem primi quos ruina domus labentis oppresserat, apud Deum non putantur exstincti. Propter aedificationem itaque fidei nostrae, tantos ei filios a Deo redditos, quantos amiserat, sentiendum est, ut omni bonorum suorum substantia in duplum sibi a Domino reddita, etiam filios in duplum habere se crederet: qui, utpote fidelissimus Dei servus, minime dubitare deberet eos, quos ad Deum praemiserat, non perisse. Sic ubi per totum hunc librum sanctum Job, figuram habuisse Salvatoris perspeximus, donante gratia ejus, ut nobis largiri dignatus est, exposuimus, et in quibusdam locis, amicos ejus significari haereticos intelleximus, sicut etiam et illum Heliu gentilitatis habuisse imaginem, disseruimus.

Fueron, pues, Elifaz temanita, y Baldad suhita, y Sofar naamatita, e hicieron como el Señor les había hablado. Cuyo lugar otros dijeron: «Por tanto, me desprecié a mí mismo, y me deshice, y me estimé tierra y ceniza». Pero que sus amigos no hablaron rectamente para injuria del santo Job, se muestra aquí abiertamente, imputándoselo el Señor a ellos: de donde Él mismo les dice que aquel pecado de exprobración no puede serles remitido, a no ser que el bienaventurado Job hubiera orado por ellos, y ofrecido un holocausto de propiciación. Donde advertimos que el bienaventurado Job ejerció el oficio de sacerdote. Entiéndase en este lugar que a nadie conviene argüir con exultación y oprobio a quien está constituido en la castigación de Dios y en los trabajos de las tribulaciones. Pues dice que, ofreciendo Job antes sacrificio por ellos, recibió de buena gana su faz para escucharlo. Y añade el Señor cosas dobles. En lo siguiente se busca su sentido, el cual, del modo que fue duplicado, el escritor de este libro lo narra diligentemente. Los hermanos ciertamente y las hermanas, que se habían reunido con el bienaventurado Job tras la plaga de su castigación, se han de entender todos los pensamientos y las familias de su género. También todos sus conocidos y amigos, que conocían antes su potestad regia y su singular sabiduría, viniendo a él comieron con él en el convivio de su honor: en el cual se significó la suciedad de todas las manchas limpiada por él. En el movimiento ciertamente de la cabeza, sepamos indicada la alegría de los que se reunían con él: los cuales, por la gracia de un don, como a un indigente y que nada tenía del todo, le dieron cada uno una oveja y cada uno unos pendientes de oro. En esta consolación, aunque pequeña y por la duplicación de los bienes anteriores, se puede advertir que una gran multitud se reunió con él: el cual, habiendo recibido poco de cada uno, súbitamente fue hecho señor de tantas riquezas. Pudo el escritor de este libro haber dicho esto también por anticipación, para que tras aquella tentación, por los ciento cuarenta años de su vida, bendiciéndole el Señor, poseyera las riquezas acumuladas al doble: pero no leemos duplicado el número de sus hijos. De donde juzgo que, puesto que aquellas cosas que habían perecido del todo le fueron restituidas al doble, también le fueron devueltos veinte hijos por diez. Pues estos mismos diez primeros a quienes la ruina de la casa que caía había oprimido, ante Dios no se consideran extintos. Por la edificación, pues, de nuestra fe, se ha de sentir que le fueron devueltos por Dios tantos hijos cuantos había perdido, para que con toda la sustancia de sus bienes devuelta a él al doble por el Señor, creyera que también tenía los hijos al doble: el cual, como fidelísimo siervo de Dios, mínimamente debía dudar que aquellos a quienes había enviado antes a Dios no habían perecido. Así, donde por todo este libro percibimos que el santo Job tuvo la figura del Salvador, concediéndolo su gracia, según se dignó otorgarnos, lo hemos expuesto, y en algunos lugares entendimos que sus amigos significan a los herejes, como también disertamos que aquel Eliú tuvo la imagen de la gentilidad.

Sed quia per Christum impiorum atque errantium reconciliatio est: Non est enim aliud nomen sub coelo, in quo oportet salvos fieri: ideo exstincta nunc gentilitate atque abolita, haeretici ad Christum a Deo Patre mittuntur, ut per quem prius salvati fuerant, rursum lapsi per eumdem mediatorem Deo reconcilientur. In holocausto vero septem taurorum et arietum, orationum atque eleemosynarum satisfactio, superbiae et irae emundatio plenaria, atque perfecta per laborem atque innocentiam poenitentia demonstratur. Quod autem ait:

Et suscepit Dominus faciem Job, Dominus quoque conversus est ad poenitentiam Job, cum oraret ille pro amicis suis; illud est quod ait Apostolus: Christus Jesus qui est in dextera Dei: qui etiam interpellat pro nobis, secundum Joannem apostolum, advocatus noster est, et propitiatio apud Patrem. Sic itaque facies Salvatoris a Patre suscipitur, dum et ipse exaudit, et exauditur.

Et addit Dominus omnia quaecumque fuerant Job, duplicia. Illa igitur addita sunt Christo Domino et Deo nostro, cum populo Israel per fidem addita est gentium multitudo, et addetur in regno.

Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, et universae sorores suae, et cuncti qui noverant eum prius, et comederunt cum eo panem in domo ejus. Et moverunt super eum caput. Quod ait, venerunt, hoc est per fidem ei incorporati sunt, ut intra Ecclesiam in uno spiritu congregati essent membra ejus omnes credentes in eum. Fratres autem et sorores dicuntur, omnis illa cognatio Judaeorum populi: de quorum familia natus est Christus. Sive fratres et sorores generaliter omnium nationum multitudines intelligere possumus: eo quod de massa humani generis carnem assumpsit, per quam sibi caeteros fratres dignatus est facere: de quibus ait ad Patrem: Narrabo nomen tuum fratribus meis, et in medio Ecclesiae laudabo te. Et in Evangelio ait: Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic mihi et frater, et soror, et mater est. Et cuncti qui eum prius noverunt, venerant ad eum: ita et de eis sentiendum est, quia noverunt eum prius omnes sancti et prophetae, qui eum utique videbant in spiritu: quem etiam in carne venturum annuntiabant, sicut ipse Dominus dicit: Multi prophetae et justi cupierunt videre quae vos vidistis, et non viderunt: et audire quae vos audistis, et non audierunt. Quem videbant autem in spiritu, praesentiam adventus ejus in carne videre desiderabant, sicut et sanctus Abraham, de quo ait Dominus: Abraham concupivit videre diem meum: et vidit, et gavisus est.

Pero porque por Cristo es la reconciliación de los impíos y de los que yerran: «Pues no hay otro nombre bajo el cielo en el cual convenga ser hechos salvos»: por ello, extinguida ya la gentilidad y abolida, los herejes son enviados a Cristo por Dios Padre, para que aquellos por quienes antes habían sido salvados, caídos de nuevo, sean reconciliados con Dios por el mismo mediador. En el holocausto ciertamente de los siete toros y carneros, se demuestra la satisfacción de las oraciones y de las limosnas, la limpieza plenaria y perfecta de la soberbia y de la ira, y la penitencia perfecta por el trabajo y la inocencia. Pero lo que dice:

Y recibió el Señor la faz de Job, el Señor también se volvió a la penitencia de Job, cuando oraba él por sus amigos; eso es lo que dice el Apóstol: «Cristo Jesús que está a la diestra de Dios»: el cual también intercede por nosotros, según el apóstol Juan, es nuestro abogado y propiciación ante el Padre. Así, pues, la faz del Salvador es recibida por el Padre, mientras Él mismo escucha y es escuchado.

Y añadió el Señor todas las cosas que habían sido de Job al doble. Aquellas cosas, por tanto, fueron añadidas a Cristo el Señor y Dios nuestro, cuando al pueblo de Israel por la fe fue añadida la multitud de las naciones, y será añadida en el reino.

Vinieron, pues, a él todos sus hermanos, y todas sus hermanas, y todos los que le conocían antes, y comieron con él el pan en su casa. Y movieron sobre él la cabeza. Lo que dice, «vinieron», esto es que por la fe le fueron incorporados, para que dentro de la Iglesia fueran congregados en un solo espíritu todos los creyentes en Él como sus miembros. Hermanos, pues, y hermanas se llaman a todo aquel parentesco del pueblo de los judíos: de cuya familia nació Cristo. O podemos entender por hermanos y hermanas generalmente a las multitudes de todas las naciones: por esto, porque de la masa del género humano asumió la carne, por la cual se dignó hacerse a los demás hermanos suyos: de los cuales dice al Padre: «Narraré tu nombre a mis hermanos, y en medio de la Iglesia te alabaré». Y en el Evangelio dice: «Pues el que hiciere la voluntad de Dios, este es mi hermano, y mi hermana, y mi madre». And todos los que le conocieron antes, habían venido a él: así también se ha de sentir de ellos, porque le conocieron antes todos los santos y profetas, que ciertamente le veían en el espíritu: a quien también anunciaban que había de venir en la carne, como el mismo Señor dice: «Muchos profetas y justos desearon ver lo que vosotros habéis visto, y no lo vieron: y oír lo que habéis oído, y no lo oyeron». Pero a quien veían en el espíritu, deseaban ver la presencia de su advenimiento en la carne, como también el santo Abraham, de quien dice el Señor: «Abraham deseó ver mi día: y lo vio, y se gozó».

Itaque praedicti sancti venerunt, quoniam habentes eumdem spiritum fidei, prophetaverunt velut justi ex fide viventes, et sacramentum incarnationis Christi futurum praevidentes in spiritu, in ipsam fidem Christi per eamdem poenitentiam venerunt, id est, ex fide in fidem, ut essent sub Christo capite unum, et ipsi in corpore Ecclesiae constituti: ubi, jam resurrectione glorificato Christo, et ex passionis contumelia in honorem pristinum restituto, nunc in domo ejus, Ecclesia, panem sacramentorum ejus comedunt omnes per fidem venientes ad eum. Cum ipso autem panem ideo comedere dicuntur, quia ipse dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Sive quia ipse eorumdem mysteriorum est consecrator, in quibus et ipsum benedicentem et consecrantem accipimus: quia ipse dixit: Ego sum panis vivus qui de coelo descendit. Et verbum Scripturarum panis est Christi, quo in domo Salvatoris Ecclesia, pascuntur, et exhortatione eorum reficiuntur quondam fide inopes, qui in hoc saeculo cum essent alieni a Deo, famem sermonis divini patiebantur, et cuncti qui eum prius noverant, venerunt ad eum, id est, qui eum noverant in terra, venire ad eum meruerunt in coelum. Et moverunt, inquit Scriptura, super eo caput: exsultantes videlicet, quod spiritualibus et sacris Christi conviviis effecti essent participes: sicut Dominus ait in psalmo: Vota mea reddam coram vultu timentium eum: edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum, qui requirunt eum.

Et consolati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum. Salvatorem nostrum non mediocriter consolatur, qui passionem ejus, quam pro redemptione mundi suscepit, cum gaudio credit, et fideliter oculis fidei contuetur; ipse enim tali consolatione repletus est, qui cum vidisset turbam credentium, exsultavit in spiritu, sicut sancto evangelista scribente didicimus. Intulisse autem Filio suo Deum Patrem malum passionis et mortis, ita dicimus secundum Apostolum: Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Super quod magnam sumimus consolationem, quod dabit nobis bona sua, qui mala nostra suscepit.

Et dederunt ei unusquisque ovem unam, et innurem auream unam. Unusquisque per fidem ad Christum venientium, offert ei innocentiam suam, mentisque obedientiam. Quia et Apostolus ex peccatoribus sanctos effectos, ita vivere docet, dicens: Obsecro vos, fratres, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem. Sic itaque venientes ad Christum, efficiuntur oves dominicae, oves sanctae, oves illae rationabiles, ascendentes de lavacro, geminos fetus habentes, cum per obedientiam mandatorum Dei, renatae in Christo, innocentes et simplices operarii fuerint et fideles.

Por tanto, los predichos santos vinieron, puesto que teniendo el mismo espíritu de fe, profetizaron como justos que viven de la fe, y previendo en el espíritu el sacramento de la encarnación de Cristo futura, vinieron a la misma fe de Cristo por la misma penitencia, esto es, de fe en fe, para que fueran uno bajo Cristo cabeza, y ellos mismos constituidos en el cuerpo de la Iglesia: donde, glorificado ya Cristo por la resurrección, y restituido al honor prístino tras la contumelia de la pasión, ahora en su casa, la Iglesia, comen el pan de sus sacramentos todos los que vienen a Él por la fe. Pero se dice que comen el pan con Él por esto, porque Él mismo dijo: «He aquí que yo estoy con vosotros todos los días hasta la consumación del siglo». O porque Él mismo es el consagrador de los mismos misterios, en los cuales lo recibimos a Él mismo bendiciendo y consagrando: porque Él mismo dijo: «Yo soy el pan vivo que bajó del cielo». Y la palabra de las Escrituras es el pan de Cristo, por el cual en la casa del Salvador, la Iglesia, son apacentados, y se restauran por la exhortación de ellos los antaño indigentes de fe, quienes en este siglo, como fueran ajenos a Dios, padecían hambre de la palabra divina, y todos los que le habían conocido antes, vinieron a Él, esto es, los que le conocieron en la tierra, merecieron venir a Él en el cielo. Y movieron, dice la Escritura, sobre Él la cabeza: exultando a saber, porque habían sido hechos partícipes de los convites espirituales y sagrados de Cristo: como el Señor dice en el salmo: «Mis votos cumpliré ante la faz de los que le temen: comerán los pobres, y se saciarán, y alabarán al Señor, los que le buscan».

«Y lo consolaron por todo el mal que el Señor había traído sobre él». Consuela no mediocremente a nuestro Salvador quien su pasión, que recibió por la redención del mundo, la cree con gozo, y fielmente la contempla con los ojos de la fe; pues Él mismo fue lleno de tal consolación, que cuando hubo visto la turba de los creyentes, exultó en el espíritu, como aprendimos por el escrito del santo evangelista. Que Dios Padre trajo sobre su Hijo el mal de la pasión y de la muerte, lo decimos así según el Apóstol: «Quien no perdonó a su propio Hijo, sino que lo entregó por todos nosotros». Sobre lo cual tomamos gran consolación, de que nos dará sus bienes quien recibió nuestros males.

«Y le dieron cada uno una oveja, y un pendiente de oro». Cada uno de los que vienen a Cristo por la fe, le ofrece su inocencia y la obediencia de su mente. Porque también el Apóstol enseña a vivir así a los hechos santos de entre los pecadores, diciendo: «Os ruego, hermanos, que exhibáis vuestros cuerpos como hostia viva, santa, agradable a Dios». Así, pues, los que vienen a Cristo son hechos ovejas del Señor, ovejas santas, aquellas ovejas racionales, que suben del lavacro, que tienen crías gemelas, cuando por la obediencia de los mandatos de Dios, renacidas en Cristo, hubieren sido operarios inocentes y simples y fieles.

Dominus autem benedixit novissimis Job magis quam principio ejus. Et facta sunt ei quatuordecim millia ovium, et sex millia camelorum, et mille juga boum, et mille asinae. Principia Christi Dei, et Domini nostri, Legis Moysi exordia esse significantur. Novissima vero ejus Evangelium esse monstratur. Unde Ecclesiastes ait: Meliora sunt novissima sermonis, quam initium ejus. Proinde meliora sunt mysteria Evangelii revelata in Christo, Legis significationibus et figuris: meliora sacrificia cordium contritorum, quam holocaustomata pecudum. Melior manifestatio veritatis in Evangelio, quam allegoriarum umbra in veteri Testamento. Sic itaque benedixit Dominus novissimis Job magis quam principio ejus, ut in utroque populo, Judaeorum et gentium, gratia abundaret: quos populos secundum morum qualitates, quasi sub diversorum animalium nominibus haec Scriptura voluit appellare. Quam vero significationem eadem animalium in se vocabula contineant, in principio operis istius dixisse me memini. Duplicatum vero horum animalium numerum, propter utrumque populum puto, sive propter abundantiorem gratiam Evangelii, ut jam diximus, de qua Apostolus ait: Sufficientia nostra ex Deo est: qui et idoneos nos fecit, et ministros novi Testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit: spiritus autem vivificat.

Et fuerunt ei septem filii et tres filiae. Quod septem filios et tres filias refertur habuisse, gratiarum septenarius numerus indicatur, Legis, et Prophetiae, et Gratiae, ut in principio hujus dixi. Quas pater earum moriens fecit cohaeredes fratrum suorum, id est, animas quas per spiritum gratiarum in testamento divinarum Scripturarum incorporat, eas utique promissionum suarum facit esse participes. Earum quoque filiarum significanter nomina posita magnum in se continent sacramentum.

Et vocavit nomen unius Diem, et nomen secundae Casia, et nomen tertiae Cornu stibii. Non sunt autem inventae mulieres speciosae, sicut filiae Job in universa terra. Deditque eis pater suus haereditatem inter fratres earum. Vixit autem Job post flagella haec centum quadraginta annis, et vidit filios suos, et filios filiorum suorum, usque ad quartam generationem: et mortuus est senex, et plenus dierum. Dies ergo lex Dei est, quae ad cognitionem veritatis, humanae ignorantiae noctem illuminat. Casia sanctae unctionis est donum.

«Pero el Señor bendijo los últimos días de Job más que su principio. Y se le hicieron catorce mil ovejas, y seis mil camellos, y mil yuntas de bueyes, y mil asnas». Los principios de Cristo Dios y Señor nuestro se significan como los exordios de la Ley de Moisés. Pero sus postrimerías se muestra que son el Evangelio. De donde dice el Eclesiastés: «Mejores son las postrimerías del discurso que su inicio». Por tanto, mejores son los misterios del Evangelio revelados en Cristo, que las significaciones y figuras de la Ley: mejores los sacrificios de los corazones contritos, que los holocaustos de los ganados. Mejor la manifestación de la verdad en el Evangelio, que la sombra de las alegorías en el Antiguo Testamento. Así, pues, bendijo el Señor las postrimerías de Job más que su principio, para que en ambos pueblos, de los judíos y de las naciones, abundara la gracia: a los cuales pueblos, según las cualidades de las costumbres, quiso llamar esta Escritura como bajo los nombres de diversos animales. Qué significación ciertamente contengan en sí los mismos vocablos de los animales, recuerdo haberlo dicho al inicio de esta obra. Juzgo el número duplicado de estos animales ciertamente por causa de ambos pueblos, o por causa de la más abundante gracia del Evangelio, como ya dijimos, de la cual dice el Apóstol: «Nuestra suficiencia es de Dios: quien también nos hizo idóneos, y ministros del Nuevo Testamento, no en la letra, sino en el espíritu: pues la letra mata, pero el espíritu vivifica».

«Y tuvo siete hijos y tres hijas». Lo que se refiere que tuvo siete hijos y tres hijas, se indica el número septenario de las gracias, de la Ley, y de la Profecía, y de la Gracia, como dije al inicio de esto. A las cuales su padre al morir hizo coherederas de sus hermanos, esto es, a las almas que por el espíritu de las gracias incorpora en el testamento de las divinas Escrituras, a esas ciertamente las hace ser partícipes de sus promesas. También los nombres de aquellas hijas, puestos significantemente, contienen en sí un gran sacramento.

«Y llamó el nombre de una Día, y el nombre de la segunda Casia, y el nombre de la tercera Cuerno de estibio». «No fueron halladas además mujeres hermosas como las hijas de Job en toda la tierra». «Y les dio su padre herencia entre sus hermanos». «Vivió además Job tras estos azotes ciento cuarenta años, y vio a sus hijos, y a los hijos de sus hijos, hasta la cuarta generación: y murió anciano, y lleno de días». Día, por tanto, es la ley de Dios, la cual para el conocimiento de la verdad ilumina la noche de la ignorancia humana. Casia es el don de la santa unción.

Cornu stibii, competentissime Evangelicis copiis Ecclesiaeque divitiis coaptatur, quae spiritualium rerum thesaurus est. Cornu vero ad insigne regium, et dignitatem Ecclesiae pertinet: sicut ait propheta: Exaltavit cornu Christi sui. Figuram ergo sanctus Job manifeste habuit Salvatoris; et in hoc quod ex ditissimo egens et pauper factus est, ut nos locupletaremur: circa corpus ejus omnem potestatem suam diabolus exercuit: sed nihil profecit, sicut ipse Dominus ait: Veniet enim princeps mundi et in me nihil inveniet. Quemadmodum etiam beatus Job post damnum filiorum infidelium ditatus in filiis est: ita et Salvator post amissionem filiorum infidelium ditatus est in gentibus. Per multa ergo sanctus Job Domini nostri passionem quoque et patientiam figuravit, numero filiorum, et filiarum nominibus, septiformem gratiam Spiritus sancti Legis, et Prophetarum atque Evangeli in Salvatorem nostrum plenitudinem portendebat futuram. In quo requievit spiritus sapientiae et intellectus: spiritus consilii et virtutis: spiritus scientiae et pietatis: replevit eum spiritus timoris Dei, quod intelligendum est, plenus dierum.

Tandem relevatus longae explanationis onere, velut deposito gravi fasce respirans, ad te, beatissime pater Vecteri, clausulam sermonis mei dirigo, petens, ut si quid in hoc opere dignum probabili veritate perspexeris, etiam circa meam exiguitatem largissima Domini nostri dona mireris: obsecro, ne aut amico favore permulceas, aut benevola excusatione defendas. Quia nolo eminentiam judicii tui a suae dignitatis sublimitate dejicias: sed potius sic Opusculum meum laudabile facias, dum incondita ejus corrigendo retractas, et perfecta emendatione castigas.

Cuerno de estibio se adapta muy competentemente a las abundancias evangélicas y a las riquezas de la Iglesia, la cual es tesoro de las cosas espirituales. El Cuerno ciertamente pertenece a la insignia regia y a la dignidad de la Iglesia: como dice el profeta: «Exaltó el cuerno de su Cristo». Por tanto, el santo Job manifiestamente tuvo la figura del Salvador; y en esto de que de riquísimo fue hecho indigente y pobre, para que nosotros fuéramos enriquecidos: en torno a su cuerpo el diablo ejerció toda su potestad: pero nada aprovechó, como el mismo Señor dice: «Pues vendrá el príncipe del mundo y en mí nada hallará». Del modo que también el bienaventurado Job tras la pérdida de los hijos infieles fue enriquecido en hijos: así también el Salvador tras la pérdida de los hijos infieles fue enriquecido en las naciones. Por muchas cosas, pues, el santo Job figuró también la pasión y la paciencia de nuestro Señor; por el número de los hijos, y por los nombres de las hijas, portendía la futura plenitud de la gracia septiforme del Espíritu Santo, de la Ley, y de los Profetas y del Evangelio en nuestro Salvador. En el cual descansó el espíritu de sabiduría y de entendimiento: el espíritu de consejo y de fortaleza: el espíritu de ciencia y de piedad: lo llenó el espíritu del temor de Dios, lo cual se ha de entender como «lleno de días».

Al fin aliviado de la carga de la larga explicación, respirando como depuesto un pesado fardo, dirijo a ti, beatísimo padre Vecterio, la clausura de mi sermón, pidiendo que si en esta obra percibieres algo digno de la verdad probable, admires también en torno a mi pequeñez los larguísimos dones de nuestro Señor: te ruego que ni lo acaricies con favor de amigo, ni lo defiendas con benévola excusa. Porque no quiero que derribes la eminencia de tu juicio de la sublimidad de su dignidad: sino más bien haz así loable mi Obrita (Opusculum), mientras retractas sus cosas descuidadas corrigiéndolas, y las castigas con perfecta enmienda.